BIBL. NAZ.
Vitt. Emanuele III
165
L
48
NAPOLI



Inter libros
Josephi Mariæ Parascandolo
Antecessoris Regii

A. L. N.

2

DE LITTERIS CANONICIS, VIDELICET FORMATIS, PACIFICIS, COMMENDATITIIS, AC DIMISSORIIS, QVIBVS IN ECCLESIA PRImitiua Sancti Patres ex generalium Conciliorum decretis, in ſacroſancta Nicæna ſynodo prius excogitatis, vſi ſunt.

QVARVM EXPLICATIONE NON ſolum intima vetuſtatis penetralia reſerantur in rebus eccleſiaſticis, ſed & Iuonis, Burchardi, & Gratiani decreta, Conciliorum tomi, & aliorum eccleſiaſticorum tam recentium quàm veterum atque prophanorum ſcripta ab innumeris mendis repurgata pristino ſuo nitori reſtituuntur.

GERARDO RODOLPHO GRAVIENSI [illegible] F.

COLONIAE,
Apud Geruinum Calenium, & hæredes Ioannis Quentelij.
Anno M. D. LXXXII.

Digitized by Google

IN OPVS GE-
RARDI RODOLPHI
GRAVIENSIS, DE LIT-
TERIS CANONICIS,

CARMEN
SVFFRIDI PETRI LEOVAR-
DIENSIS V.I.C.

FOrtis vt excubias nocturnis miles in armis
Acturus, ſecreta Ducum per ſymbola frangit
Hoſtiles catus inſidias, quò tuta ſuorum
Agmina ſecuram valeant ſeruare quietem:
Sic etiam veneranda ſuis Eccleſia natis
Hoſtiles voluit cautè depellere fraudes.
Hinc Patribus mox Nicænis data teſſera prodit,
Concilio ſtabilita ſacro, ritúq; vetuſto.
Quam neq; paganus, neq; ſchiſmatis impius author;
Quamq́; nec hæreticus, nec dirus Apoſtata fallat.
Hæc erat ad numeros prudenter epiſtola certos,
Arcanis formata notis, quam prouidus olim
Antiſtes ſacris ſolet impartire miniſtris,
Vt tutum præſtaret iter, ſi longius irent.
Hæc igitur Patribus fuit vſurpata vetuſtis.
Hæc Graiûs Latiasq́; fuit celebrata per oras.
Hanc quoq́; Pontificum Canones, Burchardus, & Iuo;
Et reliqui, qui Concilijs confecta ſacratis

(?) 2 *Tra-*

Digitized by Google

Tractarunt Decreta Patrum, depingere libris
Curauêre ſuis, & iuſtis tradere ſcriptis.
Sed quia Barbaries mendis infeſta malignis,
Turpiter iſtorum fœdauit ſcripta virorum.
Tota vetuſtatis nobis periſſet auitæ
Cognitio, niſi doctrina ſtudioq́ꝫ politus,
Gerardus ſubiens conſtanti mente Rodolphus,
In lucem pulſis tenebris retuliſſet apertam,
Purgaſſetq́ꝫ nigris authorum ſcripta lituris.
Hunc igitur ſtudioſa cohors cognoſce libellum,
Qui tibi non arcana modò ſacraria Patrum,
Sed ſecreta etiam reſerat penetralia Cleri.
Hinc tibi Concilijs mendas abſtergere ſacris
Decretisq́ꝫ potes, Canones hinc reddere puros,
Scriptoresq́ꝫ potes reliquos: Quibus omnibus ille
Attulit optatum tandem poſt nubila Phœbum.

IN

IN LIBRVM DE EPISTOLIS FORMATIS

GERARDI RODOLPHI.

ELEGI IANI GVLIELMII LVBECENSIS.

SVaue quidem, veterum vitas, & tempora regum,
Geſtaq; in annoſis bella notare libris,
Hiſtoriasq; loqui, ſæclis & ſæcula priſcis
Noſtra catenatam nectere per ſeriem:
Sed melius longè ſtudium, ſed cura, GERARDE,
Vtilior, chartis inuigilare ſacris,
Diſcere, queîs olim ſubnixa Eccleſia fulcris
Mirificis ſenſim creuerit aucta modis:
Quando Palæſtinis ſubitò colluxit ab vndis,
Illuſtri irradians omnia regna die:
Quiq; ſacerdotes caſti propagine ſacra
Vitea Chriſtiadûm conſeruêre iuga,
Pallidaq; hæreſeon quæ contrà inuenta venena
Antidota à ſanctis multa fuêre viris:
Quale hoc, impreſſa quòd epiſtola tradita forma
Presbyteri quoduis ſubſequeretur iter,
Et ſiue ille pij gregis aſſecla, ſiue prophani,
Legitimis poſſet ſignificare notis.

Vtile, me Chriſtus, commentum: aſt vtile quamuis,
(Propudor!) hoc noſtro tempore nemo ſciat.
Sed iacuit priſci tenebris, vt plurima, ſæcli
Immerſum, atq; hominum cognitione procul;
At non tale tuum confundere dedecus auum,
O mihi præ multis care Gerarde, ſinis:
Scilicet Auſoniam callens & Achaida linguam,
Quicquid & in ſacra diſcitur hiſtoria,
Eruis occultis latitantia ſymbola ſignis,
Inq; ſuum retrahis iam rediuiua diem.
Atq; tot vna opera Canonum putentia ſanas
Vulnera, quæ longi dudum aluêre dies.
Suauius hoc ſtudiũ RODOLPHE, & diuite fructu
Et maiore pios vtilitate beat.
Nec te, docte, fugit tibi debita gloria, verùm
Pòſt genitis omnes concinet illa dies.
Verus honos de re Chriſti meruiſſe videri,
Hic tua poſt viuet funera ſemper honos.

ILLV.

ILLVSTRISSI-
MO AC REVERENDISSI-
MO PRINCIPI AC DOMINO
D. ERNESTO, PROVIDENTIA DEI AM-

pliſſimo Eburonum Præſuli, Hildeſemenſi & Friſingenſi Administratori poſtulato, Principi Stabulenſi & Malmundarienſi, Comiti Palatino Rheni, vtriuſque Bauariæ & Bullonenſis Duci, Marchioni Francimontano, Comiti Loſſenſi Hornenſi, & Longienſi &c. Domino ſuo clementiſſimo.

COnſideranti mihi ſepenumerò, Illuſtriſſime ac Reuerẽdiſſime Princeps, quem inter oẽs eccleſiaſticos viros ſublimi dignitate conſpicuos, atque antiquitatum non ſolùm admiratores ſed & amatores egregios, potiſſimùm deligerẽ, cui has meas de litteris Formatis ſcribendis in ſacroſancto concilio Nicæno primũ excogitatis elucubrationes nuncuparem: ſic inter varias & multiplices cogitationes animum meum ſubijt, vt Illuſtr. Celſitudinẽ tuam mihi ab vniuerſis animi dotibus commendatiſſimam cęteris omnibus pręferem. Quod vt audentius facerem, plurimæ cauſſæ me

ſæ me impulerunt, tum quòd omnibus notum eſt ſummam Illuſtriſſ. Celſ. T. nobilitatem eſſe, ex Imperatorum, Regum, & Ducum ſtemmate ortam, vt eadem facilè hunc meum fœtum ex inuidiæ morſu & obtrectatorũ dentibus ſua auctoritate defendat & tueatur, tum quòd ex alijs fide digniſſimis & eximijs viris accepi, Reuerendiſſ. T. Celſitudinem vtriuſq; Iuris ac hiſtoriarum eccleſiaſticarum necnon matheſeos & Græcarũ litterarũ, circa quæ noſter labor potiſſimũ verſatur, peritiſſimam eſſe, tum deniquè quòd te omnium eruditorum & ſtudioſorum Mœcenatem & fautorem ſingularem eſſe intelligo, vt Illuſtriſſ. T. Celſitudo hoc opuſculum ſuo quodammodò iure poſtulare videatur. Accedit his omnibus & illa cauſſa, quæ mihi ad hoc faciendum acerrimos ſtimulos admouit, quod cùm eaſdem lucubrationes Illuſtriſſ. & ampliſſimo Cardinali Leodienſ. defuncto, quem & eruditiſſimum & eruditorum quoque Mœcenatẽ inſignem fuiſſe conſtans adhuc fama teſtatur, nuncupare deſtinaſſem, cui à ſummis viris, pręſertim clariſſimo & prudentiſsimo D. Gaſparo Scheto, in Belgio dum viueret Regis Hiſpaniarum nomine Theſaurario generali, & generoſis reuerendisq; Domi-
nis,

nis, D. Arnoldo à Bucholtz & D. Conrar- do à Gaueren, Præpoſitis & Canonicis iſtic dignißimis, alijsque patronis meis fueram commendatus, eodem nunc in viuis non amplius exiſtente, Illuſtrißimam Celſitudi- nem tuam vt reliquis præferam rationi con ſentaneum videtur, vt quemadmodum IL luſtrißima T. Celſitudo eidem in digni- tate Pontificali ſucceßit, ſic etiam in clien- tulorũ & famulorum eius protectione atq; fauore ſuccedere, libelliq́ue huius in 19. ca- pita diſtincti tutelam ſuſcipere non dedi- gnetur. Quid autem me potißimùm mo- uerit, quòd tractatum de litteris Formatis hodie abolitum ex immenſis errorum te- nebris in lucem eruere, aliaq́ue plurima eô- dem pertinentia cõſcribere ſim auſus, cauſ- ſæ ſunt iſtæ, quòd video ſummum Pontifi- cem Gregorium X I I I. (quem Deus in tan- ta rerum omnium perturbatione ac extre- mi periculi metu vicarium ſuum inter ho- mines conſtituit, vt omnibus malis ſua qua valet ſingulari prudentia & vigilantia me- deretur, nosq́ue à ſummis miſerijs & diffi- cultatibus ereptos ad optatum tranquillita- tis portum demum perduceret) totum in hoc eſſe, ac toto tempore Pontificatus ſui fuiſſe, vt ius Canonicum, præſertim decre-

tum Gratiani, tomosque tandem Concili-orum ab immenſis quibus adhuc ſcatent erroribus repurgaret, adeò vt doctiſſimis viris ex omnibus totius orbis angulis excitis curam elimandi ab innumeris mendis Gratianum & alios ſcriptores eôdem pertinentes demandauit, qui in ſanctiſſimo iſto labore plus minus decennium hactenus ita occupati fuerunt, vt demum hoc opus ſub prælo eſſe, totumqúe ius Canonicum nouã faciem & nouas veſtes accepiſſe videatur. Verumenimuerò dũ in illo publico labore Romę ſummi viri iuſtructiſſima bibliotheca Vaticana adhoc adiuti laborant, ego ne quid eccleſiæ & antiquitatum ſtudioſis deeſſem, animum ad emendandum Formatas litteras mirum in modum hactenus confuſas & deprauatas adieci, ne ſtudioſus lector ſperata antiquitatis memoria, quæ ſemper veneranda eſſe debet, diutius fruſtraretur, quando ſenſum huius rei aſſequi non poteſt. Nec tantùm ad illas emendandas, ſed & alias res eôdem ſpectantes accenſus fui, quæ non ſolùm ad ſcriptores eccleſiaſticos antiquitatiſque memoriam penitius refricandã plurimùm conferunt, ſed ad ius Canonicum & tomos Conciliorum melius emendandos & repurgandos conſilium adieci.

For-

Formatæ autem litteræ (vt paucis eas declarem) olim inſtar ſalui conducti erant, vt dimittentibus obedientiæ & recipientibus fidei ratio conſtaret, ne Antiſtites idoneos temerè defererent, & inidonei alijs fraudulenter obreperent, multi enim tunc ſacris non initiati à ſua diœceſi in alteram temerè proficiſcentes ſe eſſe ſacratos ibidem mentiebantur, vt talifuco alios deciperent: vel qui ſacrati quidem eſſent, ſed ob malæ antè actæ vitæ memoriam ſuam diœceſin deſerentes ad alteram extraneam abſque conſenſu ſui Epiſcopi tranſierunt, & tanquam errones ab ouili ſuo aberrantes ibidem vitam traduxerunt. Vt igitur fraus omnis & mendacia talium hominum in poſterum euitarentur, ſancti patres in Concilio Nicæno congregati huic malo maturè medelam adhibentes, ne quis eccleſiaſticorum pietatis prætextu ex ſua ad alteram diœceſin trāſiret, vel ne quis prophanorum ſeſe miniſterio ſacro initiatum eſſe apud exteros mentiretur, has Formatas litteras excogitarunt, quarum vt in primitiua eccleſia poſt dictū Concilium Nicænum frequentiſſimus vſus fuit: ita poſteà cùm hæretici eiuſmodi notas Epiſcoporum imitarentur in deſuetudinem abierunt Quæ quidem vt ſint faci-

endæ ex cap.9. & 10.huius opuſculi abundè conſtabit, apud ipſum Gratianum diſtinct. 73. Iuonem parte 6. de cauſſis clericorum ca. 434. & ſequenti, Burchardum lib. 2. de eccleſ. ord. decret. ca. 227. & apud alios ſcripto res ita deformatæ neglectu poſteriorũ eccleſiaſticorum, vt primæ ſuæ inſtitutionis faciem non ita habere videantur, quas ex tenebris erutas antiquitatum ſtudioſis nolo amplius deberi, quin eas in lucem tandem proferam. Dolendum ſanè quòd ex ijs monumentis, quæ maiores noſtri homines prudentiſſimi nobis reliquerunt, non ſolùm multa interierint, ſed etiam quæ in hoc vſque tempus adſeruata ſunt, ita deprauata & mutila ſubinde leguntur, vt vix intelligi queant. Vnde homines docti circa duo potiſſimum verſari debent, partim vt de præclaris operibus hactenus non ita lectis in lucem edendis cogitent, partim vt ad repurgandos veterum ſcriptorum libros, qui huiuſmodi præclaras ne dicam neceſſarias res perpetuis monumentis conſignarunt, ab innumeris quibus adhuc ſcatent mendis animum adijciant. Accipe igitur Illuſtriſſime ac Reuerentiſſime Pręſul hunc qualemcunque meum fœtum multis ſudoribus mihi comparatum ſub tuæ Celſitudinis auſpi-

cijs,

cijs emiſſum, & eo animo à me profectum, quo clientes ſuos Principes meritò colere & exornare debent, atque ita accipe, vt non quantum Illuſtriſſ. Cel. T. poſtulat, & ſuo quodammodò iure exigere videtur ſpectet, ſed quantum ipſe nunc præſtare poſſum, olim fortè meliora, ſi Deus mihi vitam prorogauerit, & hunc meum laborem antiquitatum ſtudioſis eſſe vtilem cognouero, in lucem emiſſurus. His Illuſtriſſ. T. Celſ. benè valeat, cui vt ouile ſibi commiſſum diutiſſimè cuſtodiat, & in perturbata hac rep. etiam augeat, Deus Optim. Maxim. concedat. Datum Coloniæ Agrippinæ ex Collegio Iuriſtarum. Id. Maij, Anno ſalutis humanæ M. D. LXXXII.

Illuſtriſſ. & Reuerendiſſ. Celſ. T.

Obſequentiſſimus famulus
Gerardus Rodolphus.

ERRATA, QVAE INTER EX-
cudendum obiter irrepſerunt, ſic
corrigito.

Pag.6.lin.4.pro ad lege ab.
Pag.18.lin.21.pro ſiue lege ſine.
Pag.22.lin.4. lege ſignum tale S, ſimiliter & pag. 54.linea 24.
Pagina 63.linea 6.pro libella leg. libello.
Pag.82.lin.3.Nicæni lege cum æ diphthongo & in alijs locis, atque linea 12.pro eſſe leg. eſt.
Pag.85.lin.17.pro perfectò leg. profectò. Cæterà æquus lector facilè videbit.

DE CANONI-
CIS LITTERIS.

CAPVT PRIMVM.

Occaſio emendandi formatas litteras quæ fuerit

CVM nuper in Gratianum,
Burchardum, Iuonem, Con-
ciliorum Tomos, & alios id
genus ſcriptores eccleſiaſti-
cos inciderem, ac multa de
anonicis litteris formandis, aliaque quàm
urima eôdem ſpectantia perperam in his
)ſita viderem, quæ ab ipſa rerum veritate
uſquàm δὶς διὰ πασῶν diſcreparēt, ſiue ho-
ım peruerſitas auctoribus ipſis ob linguæ
ræcæ & arithmeticæ imperitiam, quæ ta-
en conſiderata ſæculi iſtius barbarie me-
tur veniam, ſiue temporum iniuriæ poti-
adſcribi debeat, permultum certè caligi-
s tum his ipſis ſcriptoribus, tum etiam alijs
nc dependentibus, atque adeò quidem v-
uerſis eccleſiæ antiquitatibus offuſum eſſe
:præhendi. Quocirca cum nulli non vene-
bilis eſſe debeat antiquitatis memoria, prę-
rtim eius, quæ naſcentis eccleſiæ qualem-
ınque faciem nobis repręſentat, rogatus ab
nicis, vt ſtudioſis ad iſtorum auctorū ex-
icationem & vetuſtatis illuſtrationem ali-

A quid

quid ſubſidij adferrem, emaculandis mendis ac diſcutiendis erroribus iſtis & animũ & calamum adieci. Quod quidem quò faciam expeditius, ratio poſtulat, vt primùm hic explicem, quid ſint Canonicæ litteræ, & quot earum formæ: Deinde quomodò hæ inter ſe confuſæ ſint, et qua ratione diſtingui debeant, tum etiam quibus notis veteres vti ſoleant in concipiendis litteris arcanis, Canonicarum epiſtolarum vſui ferme reſpondentibus. Poſtremùm quæ ſint in formatis litteris ſcribendis obſeruanda oſtendam, & tum demum ad emendationem exemplorum perperam poſitorum, aliaque quędam eòdem pertinentia perueniam, prout omnia latius ex ſingulorum capitum titulis apparebunt.

CAPVT II.

Quid ſint litteræ Canonicæ, & quot, & quæ ſint earum formæ.

Quid ſint litteræ Canonicæ. Sunt igitur litteræ Canonicæ breuiter epiſtolæ eccleſiaſticæ, ex decreto Patrum in Concilio Nicęno certis quibuſdam characteribus conformatæ, quas Epiſcopi clericis iter ingredientibus tutelæ ergo & fraudis euitandæ gratia ſalui conducti inſtar impartiri ſolẽt. Nã ſanè cũ in eccleſia primitiua, multis adhuc hæreticis, ſchiſmaticis, apoſta-

tis,

is, idololatris, & atheis, in Chriſtianos peſsima quæque machinantibus, eccleſiarum Antiſtites multorum fraudibus expoſiti eſſent, ne quis vel indignus alicui Epiſcopo obrepere, vel dignus merito ſubſidio ab aliquo fraudari poſſet, conſtitutum ſt, ne clerici ſine litteris Canonicis iter ingrederentur, vt ex 42. Canone ſynodi Laodicenæ patet, ita vt hoc veluti certiſsimum eſſet argumentum ſynceræ fidei, ſi uis huiuſmodi litteris commendatus ab piſcopo ſuo ad quemuis alium ſe conferer, & eo ipſo de fraude ac hæreſi ſuſpectus ſet, quiſquis peregrinatus his careret Hoc iuentum eſſe Patrum ſynodi Nicænæ inà latiùs declarabitur, capite decimoquin: Græcorum certè eſſe vel ex eo ſaltem pparet quòd characteres quibus hæ litteformantur, & græci ſint, & ad græcum imerum quantitas eorum expendatur, ex propoſitis formis infrà ſatis liquet: Acicuntur quidem hæ litteræ Canonicæ, optereà quòd ſacris Conciliorum Canonibus introductæ & confirmatæ ſunt. Quoam verò pro rerum & perſonarum varietc neceſsitas ipſa diuerſos ſcribēdi modos ntiſtibus ſubiecit, factum eſt, vt Canonicarum litterarum formæ quatuor extiterint: rmatæ ſcilicet, Pacificæ, Dimiſſoriæ, et Cōendatitiæ, quæ vt nominibus, ita & vſu ip-

ſo diſcrepant, ſicut in ſingulis iam ordine declarabitur.

CAPVT III.

Formatæ litteræ quæ ſint.

Quid ſint litteræ formatæ.

Formatæ litterę (Græcis τετυπωμέναι, à τύπος) ſunt, quas Suetonius in vita Domit. vocat formales, à forma, quales ſunt Principum, quę ad certam quandam formam veluti obſeruatione religionis conſcribuntur, vel ſunt dictę κατ' ἐξοχὴν, ſiue per excellentiam, quod ſingularem formã habeant, vel potiùs à characteribus Græcis, quibus eædem olim ſcribebantur, nomen habent. Optatus Epiſcopus Mileuitanus lib. 2. de ſchiſmate Donatiſtarum, formatas vocat epiſtolas communicatorias certa formula conceptas, quas tanquam fidei ſuæ teſſeras & conſenſionis ſymbola vltro citroque Epiſcopi mittebant ad Pontif. Romanum. Ait enim ſuos cum Damaſo Papa communicare, cum quo totus orbis formatarum commercio cõcordat. Auguſtin. etiam ſic formatas appellari epiſtola 163. teſtatur, qua diſputans cum Donatiſta Fortunio, ſuam eccleſiam eſſe Catholicam iactante, tandem quæſiuit, vtrum tales Formatas epiſtolas poſſet quo vellet dare? hoc modo facillimè illam terminari poſſe quæſtionem. In concilio igitur Nicęno

Google

ıo primo formatæ litteræ inter, Eccleſiaſti- *Cur forma-*
os ſunt excogitatæ, quò fraus omnis & fal- *tæ litteræ*
ıcia euitaretur, ne quis Eccleſiaſticorum, *ſint inuētæ.*
ietatis prætextu ex ſua in alteram diœceſin
ne his litteris à ſuo Epiſcopo conceſsis, trāſ-
'et, vel ne quis prophanorum ſe miniſte-
o ſacro initiatum eſſe apud exteros men-
retur.

CAPVT IIII.

Pacificæ litteræ quæ ſint.

Pacificæ litteræ Græcis εἰρηνικαὶ dictæ, ſunt *Quid ſint litteræ pacificæ.*
mmeatus & licentia proficiſcendi, quaſi
cis arbitrę, vt πολεμικαῖς opponātur. Tur-
nus ſummus theologus & philoſophus
, pacificas dictas pacis litteras, quibus Epi-
ıpus Romanus approbabat eccleſiarum,
quas eas mittebat, fidem, communionem,
ſocietatem. Pacificæ etiam Epiſcopis in
nitatum Principis, vel clericis in aliam
itatem euntibus dabantur, quas tamen a-
ōlis tantummodò pauperibus dari ſolitas
uerant, tanquam in viaticum.

CAPVT V.

Dimiſſoriæ litteræ quæ ſint.

Dimiſſoriæ litteræ, Græcis ἀπολυτικαὶ *Quid ſint litteræ dimiſſoriæ.*
t, quæ oſtendunt ex dimiſsione Antiſti-
clericum vel Epiſcopum tranſiturum,
quibus in aliena diœceſi nemo ordines

ſacros ſuſcipere debet. Ideoque ſi cui ea forte neceſsitas incumbit, vt ab alio ordinari eũ oporteat, quàm ab Epiſcopo ſuo, aut eo qui huius Archiepiſcopus eſt, is ad Epiſcopo ſuo litteras dimiſſorias impetrare debet, qua eum à ſuæ diœceſeos nexibus dimittat, & alteri ordinandum concedat.

CAPVT VI.

Commendatitiæ litteræ quæ ſint.

Quid ſint litteræ cõmendatitiæ. Commendatitiæ ſiue commendatoriæ litteræ Græcis συςατικαὶ ſunt, quæ apud Eccleſiaſticos hic propriè dantur ſuſpectis, velut in teſtimonium innocentiæ, atque vt Cuiacius addit, cõmunione ſeparatis, ignotis, reis poſtulatis, quibus abſoluti declarantur. Itaque dari ſolent clericis ab Epiſcopis qui illos ordinarunt, dum eos commendãt, eorumque ordinationem declarant. Quin & Epiſcopis & clericis ſegregatis dantur, & ijs qui alioqui fuerunt in exiſtimatione non bona.

CAPVT VII.

Quàm confusè harum litterarum nomina apud Eccleſiaſticos & prophanos Scriptores vſurpata reperiantur, & de vera earum differentia, vbi diuerſorum auctorum loci plurimi reſtituuntur.

Bre.

Breuiter oſtendimus quid litteræ Ca-
ıonicæ, & quotuplices, & quales earum
ormæ ſingulæ ſint, iam verò quoniam ea-
um nomina apud auctores diuerſis modis
onfuſa ſunt, vt & his ipſis & ijs etiam quæ
x his dependent aliquid lucis infunda-
nus, placet has nebulas diſcutere, & quæ
era omnium inter ipſas differentia ſit hic
uàm pleniſsimè poterimus declarare.
Non puto autem apud vllum probatum
uctorem, niſi confusè in ipſis ſynodis &
hotio Patriarcha Conſtantinopolitano,
lam inueniri differentiam, quam Balſa-
non Canonum Apoſtolorum Conciliorũ-
ue diuerſorum interpres, & nonnulli alij
cleſiaſtici inter illas quatuor formas, quas
uprà explicui, poſuerunt, imò Gratianus
aliquot Canoniſtæ Dimiſſorias, Com-
nendatitias & formatas litteras pro eodem
ccipiunt, vt ex eiuſdem Gratiani decreto
iſtinctione ſeptuageſimatertia & alijs locis
pertè conſtat, vt pluribus non ſit opus.
Quanquam non ignoro ipſum Gratianum
æc in alijs locis ſui decreti aliquantulum
iſtinguere, & ſcio aliam poſſe exclaſsicis
criptoribus dari differentiam, vt aliud ſit
imiſſorias eſſe litteras, (Modeſtinus e-
im iuriſconſ. dimiſſorias vocat, quòd per
as cauſſa ad eum qui appellatus eſt dimit-
tur, quæ vulgò nunc apud Practicos

Quæ ſit differentia inter commẽdatitias, formatas, dimiſſorias, & pacificas litteras, latè hìc tractatur, quæ etiam earundem cõfuſio, ex diuerſis auctoribus probata.

Apoſtoli dicuntur) & aliud Pacificas, aliud formatas, aliud item commendatitias, quod ex vi nominis & analogia vniuſcuiuſq; verbi facilè elicitur, vt his rebus mordicus inhærere, & ſingula velle ex auctoribus diſcutere, operæ non videatur precium. Vide tamē eundem Balſamonem, alioſque Scriptores eccleſiaſticos locis diuerſis de eadem differentia, quam etiam Canonibus Apoſtolorū & ipſis concilijs probare nituntur. Synodus enim Chalcedonenſis can. 11. dicit, litteras commendatitias ijs ſolis perſonis quæ ſunt ſuſpectæ, dandas eſſe, & pauperibus Pacificas. Verba eius ſynodi in tomis conciliorum à Surio editis ex tranſlatione Herueti ſunt hæc: Omnes pauperes & qui auxilio indigēt, cum examinatione, cum epiſtolis ſeu Pacificis eccleſiaſticis ſolis viam ingredi ſtatuimus, & non cum Commendatitijs, quoniam litteras commendatorias ijs ſolis perſonis quę ſunt ſuſpectæ præberi oportet. Balſamon in Photio ad eundem Canonem ex verſione eiuſdem Herueti ait: Commendatoriæ ſcripturæ dicuntur, quę dantur clericis ab ijs qui illos ordinarunt Epiſcopis eos commendãtes, atque eorum ordinationem declarantes, vt ex 13. can. huius ſynodi oſtenditur. Dicũtur & eæ, q̃ dantur Epiſcopis vel clericis ſegregatis, & qui alioqui fuerunt in non bona exiſtimatione, de quibus hic loqui videtur.

Diſcrimen inter Commendatitias & Pacificas litteras ex ſynodo Chalcedon. ca. 11.

Commendatitiæ litteræ variè accipiũtur.

)imiſſoriæ verò quæ etiam Pacificæ dicun- ur, aliæ ſunt: Dicuntur autem Dimiſſoriæ, t quę oſtendunt ex dimiſsione Antiſtitis lericum, vel Epiſcopum tranſiturum. Paci- cæ verò, quòd cùm talis offertur ſcriptura, b eo qui ordinatus eſt, pacem inter Antiſti- :s fore arguunt. Neque enim qui alienum lericum recipit, cõfratrem ſuum opprimet, c nec ei præiudicabitur, nec clericus offen- etur, tanquam ei qui ipſum ordinauit iniu- am faciens. Quod verò idem canon ait: Pau eribus eſſe dandas pacificas, ſic eſt intelligẽ- lum, non quòd reliqui, qui ſubſunt Epiſco- o, nó hoc debeant viatico inſtrui, ſed quòd t plurimum qui ſunt pauperes eccleſiaſtico uxilio indigent. Item canon 13. eiuſdem ſy odi ex tranſlatione eiuſdem (qui apud Gra anum diſt. 71. in c. Extraneo clerico quoq; xtat) ſic ait: Peregrinos clericos & lectores 1 alia ciuitate præter Commendatitias litte as ſui Epiſcopi nuſquam penitus miniſtra- e debere. Balſamó hunc canonem ſic inter- retatur. Nonnulli quidem dixerunt, Com 1endatorias hic litteras pro Dimiſſorijs di- tas eſſe, alij autem dixerunt Canonem de Commendatorijs litteris loqui, quæ dantur ccuſatis hominibus, qui poſt examinatio- em innocentes inuenti ſunt, mihi autem vi etur hic canon de litteris Commendatorijs efinire, quæ clerici ordinationem declarãt,

Balſamon Dimiſſorias & pacificas literas hic confundit, quamuis mox diſtinguat.

Commendatoriæ pro dimiſſorijs

eumque dimittunt, vt etiam alibi miniſtret & operetur. Commendatoriæ enim quæ ad tollendam ſuſpicionem dantur, etiam laicis præbentur, de quibus nulla hic fit mentio. Item ad Cano. Apoſtolorum cap. 33. idem Balſamon ait: Sine litteris Commendatitijs non admitti externos Epiſcopos, Presbyteros, vel diaconos anteà didicimus: Nunc autem definit Canon eos qui Commendatitias litteras adferunt, de pietate ac religione debere examinari, & ſi rectè de fide ſentiant, ad communionem admitti: Sin ſecus, vt dubios ac ſuſpectos recuſari; alimentis autem non oportere eos fruſtrari definitum eſt. Et hæc quidem præſens canon. Alijs autem canonibus cauetur, vt licet litteras commendatitias habeant, & de fide rectè ſentiant, dimiſſorias tamen litteras ſuorum Epiſcoporum oſtendere oportere, alioqui ſacris non operaturos. Per Commẽdatitias .n. litteras eos eſſe ſacratos probatur, ſed per dimiſſorias licere ijs in aliena terra ſacrificare oſtenditur. Et ideo præſens canon trigeſimustertius apud Photium ſolius communionis meminit, non autem miniſterij, qui iuxta veterem editionem in Conciliorum tomis trigeſimusquartus eſt canon, ſed ſecundum Gentiani Herueti, quem Surius tantopere reliquis

Diſcrimẽ inter Commendatitias & Dimiſſorias.

uis verſionibus præfert, tranſlationem
ı ijſdem tomis trigeſimusſecundus eſt, Græ
o magis textui reſpondens, cuius verba
unt iſta: Nullus externorum Epiſcopo-
um, vel Presbyterorum, vel Diacono-
um, ſine Commendatitijs recipiatur, ijſ-
ue adferentibus, examinentur. Sin mi-
ıus, ijs quæ ſunt neceſſaria alijs exhibitis,
ıd communionem ne admittantur, multa
enim per ſurreptionem fiunt. Hanc Her-
ıeti verſionem ideo adſcripſi, vt ſtudio-
ſis conſtaret, eandem non ſolùm hic, ſed
ın alijs etiam locis eſſe mutilam, quemad-
modum infrà latiùs patebit, ſic ex Græco
textu reſtituendam, vt poſt verbum (exa-
minentur) iſta periodus in hunc modum
interſeratur. Et ſi quidem ſint præcones
pietatis, admittantur. Sin minus &c vt & ve
tus tranſlatio rectè habet, quæ tamen in ſe-
quentibus errat ſic vertendo. Nec quæ ſunt
neceſſaria miniſtrentur eis: cùm Græcus
textus affirmatiuè non negatiuè hunc lo-
cum habeat, quem etiam Balſamon ſic ex-
ponit, vt ſuprà liquet, alioqui nullus erit
ſenſus. Sed præſtat hic Græca verba ſub-
ijcere, vt lector fontes cognoſcat, quam
diutius de hoc loco contendere. μηδένα (in-
quit canon 33. apud Photium, & 32. in Cō-
cilior. tomis) τῶν ξένων ἐπισκόπων, ἢ πρεσ-
βυτέρων, ἢ διακόνων ἄνευ συστατικῶν προσδέχε-
σθαι,

Error Gentiani & veteris etiam Interpretis.

θαι, καὶ ἐπιφερομένων μὲν δὲ αὐτὴν, ἀνακρινέσθωσαν. καὶ εἰ μὲν ὦσιν κήρυκες τῆς εὐσεβείας, προσδεχέσθωσαν. εἰ δὲ μή γε, τὰ πρὸς τὰς χρείας αὐτοῖς ἐπιχορηγήσαντες, εἰς κοινωνίαν αὐτοὺς μὴ προσδέξησθαι, πολλὰ γὰρ κατὰ συναρπαγὴν γίνεται. En hic vides lector, & veterem interpretem & nouum in iſto canone transferendo erraſſe. Sed fortè dices, vt multa in tomis Conciliorum à Surio Coloniæ editis ſunt perperàm impreſſa, vel inter edēdum omiſſa, ita etiam hic factum eſt. Ad quod reſpondeo, me eandem verſionem Gentiani paulò antè citatā legiſſe in Photio cum ſcholijs Balſamonis Lutetiæ edito, vt interpres periodum dictā vertere vel neglexerit, vel in ſuo exemplari non habuerit, & etiam veterem me verſionē in tomis à Petro Crabbe priùs editis ita legiſſe. Nota obiter me Græcum exemplar Pariſijs à Conrardo Neobario, Anno 1540. impreſſum per omnia hic ſequi, quanquam alterum exemplar apud Andreā VVechelum eodem loco 1558. impreſſum ſubinde aliter legit, vt in dicto canone (δὲ) particula poſt ἐπιφερομένων, ab eodem non ſit addita, & habet πρὸς χρείαν in ſingulari numero, abſque articulo etiam τὰς, vt ibidem videre eſt. Item ad 15. canonem Apoſtolorum apud Photium, vel ſecundum Surij diſtinctionem 14. qui incipit: Si quis presbyter, vel diaconus, vel omnino &c. ex tranſlatione

He-

Heruetiidem Balſamon ait: Nota quod nõ ſolùm Commendatitijs litteris clerico opus eſt volenti in alia diœceſi agere, & quæ ſunt clerici exercere, ſed etiam dimiſſorijs litteris Epiſcopi, qui eum fecit, clericum; Niſi enim huiuſmodi litteras oſtendat, ab operatione prohibetur. Et ad canonem Apoſtolorum 12. ex eiuſdẽ Herueti verſione, qui ſic habet: Si quis clericus vel laicus ſegregatus, ſiue nõ recipiendus, diſcedẽs in altera vrbe receptus fuerit abſq; litteris Cõmendatitijs, ſegregetur, & qui excepit, & qui exceptus eſt. Balſamõ dicit: Aliud eſt ſegregatus, & aliud ſ, qui nõ eſt recipiendus. Qui .n. ſegregatus eſt, ab eccleſiaſtica communione arcetur, qui autẽ non eſt recipiendus, multis modis non admittitur. Sin autem eſt ſegregatus (vt ſequẽs canon 13. habet apud Photium, qui in tomis Concilior. ex Surij diſtinctione cum 12, vnicus eſt) eius intendatur ſegregatio. Hic textus Græcus rationem addit, quam Heruetus transferre omiſit, ſic poſt ſegregationem omnino addendam: Tanquam qui mẽtitus ſit, et eccleſiam Dei ſeduxerit. Εἰ δὲ ἀφωρισμένος εἴη (inquit Canon Græcus) ἐπιτεινέσθω αὐτῷ ὁ ἀφορισμὸς, ὡς ψευσαμένῳ καὶ ἀπατήσαντι τὴν ἐκκλησίαν τοῦ θεοῦ. Quanquam hanc rationem ſimiliter imprimere neglexerit VVechelus in ſuo exemplari, vt conſtat ex canonibus Apoſtolorum cum ſcholijs

Verſio Gentiani hic etiam mutila eſt.

lijs

lijs Zonaræ Monachi ab ipſo editis. Item Can. 16. Apoſtol ex Herueti translatione & Balſamonis diſtinctione (qui in poſtremò editis Conciliorum tomis ex cauſſa modò dicta eſt 15) ſic habet. Sin autem Epiſcopus nihili faciens aduerſus eos decretā à munere ceſſationem, eos vt clericos receperit, ſegregetur, vt immodeſtiæ & inſolentiæ magiſter. Rurſus Gentianus hic eſt mutilus, qui quædam huius Canonis non tranſtulit. Legendum igitur eſt: Sin autem Epiſcopus, apud quem morari eos conſtat, nihili faciens & cæt. Verba enim Græca ſunt: *Εἰ δὲ ὁ ἐπίσκοπος, παρ' ᾧ τυγχάνουσιν, παρ' οὐδὲν λογισάμενος τὴν κατ' αὐτῶν ὁρισθεῖσαν ἀργίαν, δέξηται αὐτοὺς ὡς κληρικούς, ἀφοριζέσθω, ὡς διδάσκαλος ἀταξίας.* Quod nos nō calumniandi illius, ſed veritatis aſſerendę gratia hic admonemus, vt ſtudioſus lector trāſlationes cautè legat, & Græcis potius fontibus quàm latinis interpretum canalibus nitatur & fidat. Sed ad rem. Balſamon hunc Canonem ita interpretatur. Nota quòd præſens canon ſegregat Epiſcopum, qui ſuo clero connumerauit alterius diœceſis clericum, abſque ſui Epiſcopi dimiſſorijs litteris. Item ad ſynodi Laodicenæ Canonem quadrageſimūſecundum ex Herueti tranſlatione ſic incipientem: Quod non oportet eos qui ſunt ſacra-

Gentiani tranſlatio et hic mutila.

crati vel clerici, ſine litteris Canonicis i-
:r ingredi: Balſamon vocat litteras Ca- *Balſamon*
onicas indifferenter Commendatitias & *Canonicas*
)imiſſorias, verùm ad canonem 9. ſy- *litteras,*
odi Sardicenſis, Canonicas vocat Com- *nunc Com*
ıendatitias & Pacificas, vt dimiſſorias & *mendatiti*
acificas vbique confundere videatur, de *as & Di-*
uo pòſt latiùs dicemus. Quanquam in *miſſorias*
›mis Conciliorum Surij dictus Canon 42. *vocat, nũc*
ıter habet, & quidem ex prima vulga *Commen-*
editione ſic: Quod non oportet ſacerdo- *datitias et*
, vel clericum præter iuſsionem ſui profi- *Pacificas.*
ſci Pontificis. Vel vt ſecunda editio habet.
Ion oportet miniſtrum altaris, vel quem-
bet clericum, præter iuſsionem Epiſco-
i ad peregrina proficiſci. Verùm canon
uad ragelimus primus eiuſdem ſynodi tale
uid habet, vt ex editione prima ſic con-
at. Quòd non oporteat ſacerdotem vel
ericum ſine litteris proficiſci Canonicis.
ıltera editio aliter habet ſic. Non opor-
:t miniſtrum altaris, vel etiam Laicum, ſi-
e Canonicis litteris, id eſt formata aliquò
roficiſci. Gentiani editio tertia ex fide
;ræci textus melius tranſlata ſic habet hũc
:anonem primæ verſioni magis reſponden
:m: Quòd nõ oportet ei qui eſt ſacratus vel
lericus ſine iuſſu Epiſcopi iter ingredi. Hic
ımen vt omnis dubitatio tollatur, ſciẽdum
t ipſum Gentianum Heruetum, quem Su-
rius

Ratio cur canones aliter apud Photiū, & aliter in Cōciliorum tomis diſtinguantur.

rius in Concil. tomis magis ſequitur, canonē 42. præpoſuiſſe canoni 41. quod ille generalior ſit, hic ſpecialior, quamuis Græcus textus & vetus verſio contrà habeant, vt ex dictis patet. Verba enim canonis 42. in exemplari Græco hæc ſunt: ὅτι οὐ δεῖ ἱερατικὸν ἢ κληρικὸν ἄνευ κελεύσεως ἐπισκόπου ὁδεύειν. Itē can. 41. ſic. ὅτι οὐ δεῖ ἱερατικὸν ἢ κληρικὸν ἄνευ κανονικῶν γραμμάτων ὁδεύειν. Adhæc Gentianus poſteriorem hunc canonem in plurali vertit: Quod non oportet eos qui &c. cùm textus Græcus eundem in ſingulari habeat. Vide canonem quoq; ſynodi Carthagin. apud Photium 26. in quo dimiſſoriam & formatam epiſtolam ſynodus idem eſſe ſcribit, ex diſtinctione Balſamonis & Herueti verſione ſic incipiens: Similiter Epiſcopi trans mare non peregrinentur, &c. Quanquam in Cōciliorum tomis poſtremò editis, vbi diſtinctio eſt melior, aliter habetur, & 28. non 26. canon eſt illic in Carthag. 3. prouinciali, ex vulgari tranſlatione ſic: Item placuit, vt Epiſcopi trans mare non proficiſcantur, niſi conſulto primæ ſedis Epiſcopo ſuæ cuiuſq; prouinciæ, vt ab eo præcipuè ſumere poſsint formatam. Græcus tamen textus ex impreſſione Neobarij aliter habet canonem 26. & 28. quàm Surius in Conciliorum tomis diſtinxit, vel ipſe Balſamon in Photio, ſed 23. Canon ſimile quid habet ſic: ὁμοίως ἐπίσκο-

Carthag. ſynodus cōfundit Dimiſſorias & formatas litteras apud Photium.

πο

τοι πέραν θαλάσσης μὴ ἀποδημείτωσαν. εἰ μὴ μετὰ ψηφίσματος τῆς πρώτης καθέδρας τοῦ ἰδίου κάστης χώρας ἐπισκόπου. τοῦτ' ἔστιν, εἰ μὴ ἀπ' ὐτοῦ τοῦ πρωτεύοντος κατεξαίρετον λάβη, τὴν, ἣ ις λέγεται ἀπολυτικὴ, τετυπωμένην ἤτοι πα-ιάθεσιν. Verum hic eſt animaduertendum, liuerſa Concilia diuerſis temporibus Carhagini fuiſſe & alibi à Patribus habita, quæ urius iuxta temporum rationem rectè diſtinguit, & primum, vel ſecundum, vel tertium Concilium vocat, & vnicuique ſuos Canones attribuit. Balſamon autem & Greg us 14. Conciliorum textus ex Neobarijim reſsione aliter diſtinguunt, & diuerſa Cõ ilia diuerſis temporibus vno in loco habia velut in vnam maſſam atque aceruum ccumulant. Hinc illa varietas & confuſio, uòd 26. canon in Græco textu eiuſdem Carthaginenſ. Concilij nihil tale de formais litteris habet, ſed 28 canon quid ſimile ic: Πρεσβύτεροι καὶ διάκονοι καὶ κληρικοὶ, οἱ ἐν τῷ ἰδίῳ πράγματι ἔκκλητον παρέχοντες, ἐπὶ τὰ πέραν τῆς θαλάσσης ἐκ κοινωνίας μηδαμῶς δεθῶσιν. Imò etiam Conciliorum tomi priùs Petro Crabbe Minorita editi longè aliter æpe diſtinguunt Canones, quàm poſteriores à Surio emiſsi, & eius textus ſubinde lonè eſt caſtigatior, quàm in tomis Surij acceſſióne nouorum Conciliorum & epiſtolarũ Pontificalium, Decretorumque ex manu-

Cur diſtinctio Canonum in tomis Conciliorum Surij ſit melior, quàm Balſamonis apud Photium.

ſcriptis exemplaribus non ſine ſummo ſudore auctis. Item Canon 7. Carthag. 1. Synodi prouincialis ex Surij diſtinctione ſic habet: Caſianus Vſulenſis Epiſcopus dixit. Statuat grauitas veſtra, & vnuſquiſq; cleric* vel laicus nō cōmunicet in aliena plebe ſine litteris Epiſcopi ſui. Ad quē Canonem notā dum eſt, quod interdū Concilia ſimpliciter ponūt (vt & hic) ſine litteris Epiſcopi ſui, vt formatas, vel quid ſimile intelligāt. Et can. 58. eiuſdem ſynodi ex diſtinctione Balſamonis ſic: Quòd alieni clerici ab alijs Epiſcopis nullo modo ſuſcipiātur. Vide deniq; Antiochenæ ſynodi ſub Iulio I. celebratę can. 7. 8. et 11. Verba can. 7. ex editione prima ſūt hęc: Nullus peregrinorū ſine pacificis, id eſt, cōmēdatitijs ſuſcipiatur epiſtolis, vel vt ſecūda editio habet. Nullū abſq; formata (quā Gręci epiſtolā dicunt) peregrinorum clericorū ſuſcipi oportet. Vel vt tertia Herueti habet: Nullus extern⁹ ſiue Pacificis ſuſcipiatur. En hic vides, Interpretes Cōmēdatitias, Formatas, & Pacificas litteras confundere. Heruetus tamē Græca melius vertit, quæ ſic ſe habent. Μηδένα ἄνευ εἰρηνικῶν δέχεσθαι τῶν ξένων. Balſamon in hoc canone lectoré remittit ad ea, quæ Apoſtolorū can 33. & Chalcedonē. ſynodi 13. tractauit, quibus quoq; meminit 15. can. Apoſtol. & 17. ſynodi in Trullo, nec non 11. huius Antiochenæ deponentis Epiſcopum,

Litteræ interdū ſimpliciter in ſynodis ponuntur, vt formatas vel alias intelligāt.

Hic interpretes cōfundunt in ſuis verſionibus Cōmendatitias, Pacificas, & Formatas litteras.

ſcopũ, qui ſine Pacifica ſeu dimiſſoria Metropolitani epiſtola ad Imperatorẽ abierat. Hoc autẽ loco externos vocat, q ab alijs diœceſibus veniunt. Itẽ verba can. 8. eiuſdẽ ſynodi Antiochen. ex 2. editione ita ſe habẽt: neq; presbyter ad regiones lõginquas formatas(.i.canonicas)epiſtolas dare, & niſi ad finitimos Epiſcopos ſimplices epiſtol. mittere pſumat: vicarijs verò Epiſcopi, q à Græcis chorepiſcopi vocãtur, formatas facere liceat. Hic aliæ editiones ab Herueto & alijs factæ, pro Formatis habent Pacificas, atq; in plurali nõ ſingulari, presbyter, præter adhuc alia mox dicẽda; & rectè quidẽ, vt in Conciliorũ tomis à Surio editis ad dictum Canonẽ videre eſt. Prima.n. vulgaris editio ſic habet. Presbyteri, qui ſunt in agris, Canonicas epiſtolas dare nõ poſsũt, ad ſolos tantũ vicinos Epiſc. litteras deſtinabũt. Chorepiſcopi autem qui ſunt irreprehẽſibiles dare poſsũt pacificas, i. generales epiſtolas. Tertia editio ex Herueti verſione ſic. Nec presbyteri, qui ſunt in pagis, dẽt Canonicas epiſtolas, vel ad ſolos vicinos Epiſcopos epiſt. emittãt. chorepiſcopi autẽ nulli reprehẽſioni affines, dẽt pacificas. Hic prima vulgaris tranſlatio & tertia Gentiani melius textũ ex fide verterũt, q̃ ſecunda, & tertia meli⁹ q̃ prima, q̃ ĩ rectè(vel)exponit, quũ ſecunda & prima contrariũ ſenſum habeant, vt ex ijſdẽ trãſlationibus patet. Quare

Veteres interpretes in transferendo hunc textũ turpiter errãrunt.

textum Græcum etiam hoc loco adſcribere placet, vt ex eodem omnia meliùs intelligãtur: μηδὲ πρεσβυτέρους (inquit canon 8. apud Neobarium) τοὺς ἐν ταῖς χώραις κανονικὰς ἐπιστολὰς διδόναι, ἢ πρὸς μόνους τοὺς γείτονας ἐπισκόπους ἐπιστολὰς ἐκπέμπειν. τοὺς δὲ ἀνεπιλήπτους χωρεπισκόπους, διδόναι εἰρηνικάς. Balſamon ad eundem Canonem paucis ait: Didiciſti quænam ſunt Pacificæ vel Dimiſſoriæ epiſtolæ, & quænam ſunt quæ dicuntur Cõmendatitię & Canonicæ. Verba can.11. eiuſdem ſynodi ex trãſlatione Herueti ita ſe habent: Si quis Epiſcopus, vel presbyter, vel omnino ex canone, citra ſententiam & litteras Epiſcoporum prouinciæ, & maximè Metropolitanorum, ad Imperatorem proficiſci aggreſſus fuerit, is abdicetur, & eijciatur nõ ſolùm à communione, ſed etiam à dignitate, cuius eſt particeps &c. Vide etiam can.17. ſextæ ſynodi in Trullo, qui de Dimiſſorijs tantum inter cætera ſic loquitur: Nullus omnino clericus in quocunque ſit gradu poteſtatem habeat ſine proprij Epiſcopi ſcripta Dimiſſoria in alienæ eccleſię catalogum referri. Lege quoque titulum 8. cap.5. & 6. de Paræcijs apud Photium de diſcrimine Commendatitiarum & Pacificarum litterarum, quas Græci συστατικὰς, à συστατέω, commendo vel probo, & Εἰρηνικὰς ſiue ἀπολυτικὰς, vocant. Commendatitiæ enim propriè

ſu-

ſpectis dantur, vt priùs eſt dictum, & vt
iiacius ſummus Iuriſc. addit, communio-
: ſeparatis, ignotis, reis poſtulatis, quibus
ſoluti declarantur. Pacificæ verò Epiſco-
; in comitatum Principis, vel clericis in a-
m ciuitatem euntibus. Aut vt clariùs di-
nus, συςατικαὶ ſunt probatoriæ litteræ,
æ & formatæ dicuntur. Interdum etiam
ϛατικὰς generaliter vocamus Dimiſſorias
:eſtimoniales quaſcumque, vt ex Nouel-
ı de Epiſcopis et clericis videre eſt. Iuo 6.
·te ſui decreti de cauſ. clericor. cap. 216.
ıd inter Commendatitias & Pacificas lit-
ıs ponit diſcrimen, quàm ſuprà dicta ſy-
ıus Chalced. habet, quòd ſcilicet hono-
ioribus perſonis tantum pręſtari conue-
t Commendatitias, & pauperibus exulã-
ıs Pacificas: Sed ille aliam tranſlationem
ſdem Canonis 11. ex Concilio Chalced.
ıptam ſecutus eſt, vt pote primam, quæ
:r cætera ſic habet: Propter quod Com-
latitias litteras honoratioribus tantum-
dò præſtare perſonis conueniat. Secun-
ditio ſic cum prima in ſenſu conuenit:
nmendatitias epiſtolas eos tantum acci-
: conuenit, qui in opere ſunt clariores.
tertia editio Gentiani ſuprà dicta ex dia-
ro cum prima & ſecunda diſtat. Quare
unc locum melius intelligamus, & trã-
ıres inter ſe conciliemus, præſtat hic ad

Iuo ſecut. primam editionem aliter differentiam ponit inter Commendatitias et Pacificas litteras, quàm ſuprà diſtiximus ex tranſlatione Gentiani.

fontes recurrere, atque Canonē 11. Concilij Chalcedon. Græcè ponere, vt lector Gręca cum Latinis verſionibus exactius conferre poſsit: Πάντας (inquit Canon) τοὺς πένητας καὶ δεομένους ἐπικουρίας, μετὰ δοκιμασίας, ἐπιστολίοις ἤτουν εἰρηνικοῖς ἐκκλησιαστικοῖς μόνοις ὁδεύειν ὡρίσαμεν, καὶ μὴ συστατικοῖς, διὰ τὸ, τὰς συστατικὰς ἐπιστολὰς προσήκειν τοῖς οὖσιν ἐν ὑπολήψει μόνοις παρέχεσθαι προσώποις. Hic tota difficultas conſiſtit in voce illa apud Græcos ambigua (ἐν ὑπολήψει) quæ tamen magis in malam quàm in bonam partem capitur. Nam ὑπόληψις propriè dicitur ſuſpicio & opinio, dicitur & exiſtimatio , iudicium, atque aliter. Phalar. in epiſt. pro bona opinione collocat, ſimiliter & D. Chryſoſtomus in bonam partem, ſubinde pro iudicio & exiſtimatione capit ſic: Τῆς γοῦν ὑπολήψεως ἔδει σε φροντίσαι τῆς σῆς, quod eſt, rationem tuæ exiſtimationis te decebat habere. Sed dices, ſuſpectæ perſonæ apud claſsicos Scriptores nunquam ſolent commendari, ſolemus enim eum, quem alteri commendamus, frequenter cum laude deſcribere, vt eius animum ad quem ſcribimus commendato conciliemus, & ſic ſenſus primę & ſecundę trāſlationis eiuſdem canonis melior eſt, quàm tertiæ Herueti à Balſamone & Cuiacio etiam approbatæ, vt ex ſuperioribus conſtat. Verum ad illum ſcrupulum tollendum, nihil

Conciliatio contrariorū locorum inter Iuonem et Balſamonem.

hil

il probabilius & ſynodorum rationibus
ccommodatius adferri poteſt, quàm ſi dica
ıus Commendatitias litteras variè pro di-
erſo impetrandi modo ſumi, quemadmo-
ũ etiam Balſamõ ad dictũ Canonẽ teſtatur,
t ſuprà dictum eſt, quẽ Cuiacius ſequitur,
:d Pacificas litteras in comitatum Principis
:piſcopis vel clericis in aliã ciuitatem eun-
bus tribuit, cùm eas dictæ ſynodus Chalce-
en. & Balſamon ſolum pauperibus conce-
ant. Et ſanè niſi Græcum textum poſteà
:giſſem, dicerem Iuonem longè melius ex
rima verſione ſynodi Chalcedonen. dif-
:rentiam eam inter Commendatitias & Pa
ficas litteras collocaſſe, nõ obſtante, quòd
3alſamon Patriarcha aliter hunc locum in-
elligit, atq; etiam apex Iuriſc. Cuiacius, qui
on temerè quid ſcribere ſolet. Antequã ve
ò in Græcũ exemplar inciderem, penitius
ıecũ rem expendere incęperã, dubitans nũ
erbum Græcũ, ex quo hæc tranſlata ſunt,
i anceps eſſet, vt ad honoratiores & ſuſpe-
tos ſimul referri poſſet, qd' poſteà ſic fieri
ulla ratione poſſe deprehendi. Nã ὕποπτος
pud Gręcos dicitur ſuſpectus, & ἐντιμότε-
ρος honoratior, atq; ἐνδοξότερος clarior, inter
uas voces nulla eſt affinitas vel alluſio, aut
aronomaſia, vt apud Latinos eſt in amenti
m & amantiũ, atq; alijs multis verbis am-
iguis. Lectori itaq; ſuũ hic liberũ relinquo
 iudi-

iudicium, ſed quis tot Patribus in eodem Concil. Chalcedon. congregatis contradicere audebit? ſi commendatitias litteras ſuſpectis, & non honoratioribus dari perſonis intellexerint & voluerint. Plura ex ſynodis tã recentioribus quàm veteribus de quatuor harum vocum diſcrimine repeterem, niſi hæc ſufficerent, quæ ego ex diuerſis concilijs & eorum interpretibus alijſque ſcriptoribus tam fuſe collegi, vt ſtudioſi intelligerent differentiam, quam Canoniſtę & auctores eccleſiaſtici inter has voces conſtituunt, ab illis modò exactè obſeruari, modò ab ijſdem confundi, adeò vt vix ſibi quo ad hoc diſcrimen conſtare videantur.

Epilogus priorisquæſtionis de canonicarum litterarũ quatuor formis, nunc altera ſequitur de occultis notis.

CAPVT VIII.

De occultis notis, quibus veteres vti ſolent, Canonicarum litterarum vſibus tantùm non reſpondentibus, quas aliter philologi, aliter Iureconſulti, & aliter Eccleſiaſtici accipiunt.

Hiſtorici & rei militaris ſcriptores multa habent de huiuſmodi formatis epiſtolis, vel quid ſimile, (ſimile enim quiddam tametſi non per omnia eſſe videtur) quas illi occultas vocant, & arcanas, vel myſticas notas, quòd ſecretum contineant myſteriũ, & aliter, vt ſingulas, vel per ſyncopen ſinglas & ſiglas (quemadmodum vigilias poſteriores dixêre viglias & viglas, niſi à voce Græca

Cur occultæ notæ dicãtur, vel myſticæ, & aliter, vt arbitrariæ litteræ.

ta ſiglas velis deducere, σιγλαὶ enim accentu in fine, ſunt notæ compendiariæ, vulgò cyphræ) atque ſingularias nec non arbitrarias litteras, quòd ex arbitrio ſcribentis formentur, quæ ideo ſunt inuentæ, ne hoſtes conſilia noſtra intelligerent, & vt inter amicos ſecreta manerét: Suetonius enim ait Cæſaris primum inuentum eſſe, belli tempore per notas ſcribere, ſic ſtructo litterarũ ordine, vt nullum verbum effici poſſet. Verba eius in vita C. Cæſaris cap. 56. de libris, commẽtarijs, & epiſtolis per eum editis hęc ſunt. Epiſtolæ quoque eius ad Senatum extant, quas primùm videtur ad paginas & formam memorialis libelli conuertiſſe, cùm anteà Conſules & Duces non niſi tranſuerſa charta ſcriptas mitterent. Extant & ad Ciceronem, item ad familiares domeſticis de rebus, in quibus, ſi qua occultius perferenda erant, per notas ſcripſit, id eſt, ſic ſtructo litterarum ordine, vt nullum verbum effici poſſet, quæ ſi quis inueſtigare & perſequi vellet, quartam elementorum litteram, id eſt D. pro A. & perinde reliquas commutet. Hactenus Suetonius. Vocat autem notas (quas vulgò nunc abbreuiaturas & cyphras dicimus) occultiores elementorum obſeruationes, vt E. pro B, F. pro C, & ſic deinceps. Qua ſanè ſcriptura nullum integrum verbum coaleſcit, vt ſi Romam tali modo

Exempla, quibus doceturhæreticos etiã notas formatarũ litterarum imitatos fuiſſe. ſcribas, neceſſe eſt, vt huiuſcemodi litteræ Vrpdp. proueniant, quæ nullum verbũ (vt vides) efficiunt. Notis etiã interdum epiſtolæ formatæ ſcribuntur apud eccleſiaſticos, aliter paulò notas intelligentes. Sozomenus enim de Iuliano apoſtata loquens ait. Præcipuè verò æmulatus eſſe dicitur notas litterarum Epiſcopalium, quibus ſolent inter ſe ſcribentes commendare peregrinos, & quò proficiſcantur, & vnde veniant indicare. Idé lib. 7. cap. 17. dicit inter cætera. Per notas quaſdam epiſtolis inſcriptas, quas alij non intellıgũt. Loquitur de hæreticis, inter quos etiam fas non erat in orationis communionem venire cum his qui aliunde adueniunt, niſi litteras adportent, quæ ipſos in opinione cum hiſce conuenire declarent. Idem lib. 8. cap. 3. ſic ait: Et hinc porrò in Syriam peruenit Acatius, Flauiano litteras Pacificas ab AEgyptijs & Occidentalibus ſacerdotibus adferens &c. Primum autem exemplum de Iuliano loquens auctor ex Gregor. Naziãzeno mutuatus eſt, qui ſimile quid habet in ſecunda oratione contra Iulianũ Apoſtatã. *Nota quid Theologis.* Sunt qui notas et ſingula inter ſe differre tradunt, quòd notæ non ſint litteræ, & Singula ſiue Singla ſint ſingulariæ litteræ ſine ſyllabarũ coagmentis, vt paſsim apud Iuriſc. videre eſt. Notis (inquit Paulus I. C. lib. 42. ad edictum) ſcriptæ tabulæ non continẽtur, *Diſcrimẽ inter Notas & Singula apud I. C.*

quia

quia notas litteras nõ eſſe Pedius li. 25. ad edictum ſcribit. Et Plutarchus in Catone ait. Σημεῖα ἐν μικροῖς καὶ βράχεσι τύποις πολλῶν γραμμάτων δύναμιν ἔχοντα. Cicero quoq; lib. 13. ad Atticũ epiſt. 32. ſic ait. Et quòd ad te de decem legatis ſcripſi, parum intellexiſti, credo; quia διὰ σημείων ſcripſeram. Alibi notam apponere idem dixit ſic: Reliquis epiſtolis tantum faciã, vt notam apponam, quæ mihi tecum conuenit id eſt, σύνθημα, quod eſt in ſecretiore ſcriptura vel ſignum vel nota arcana, vt dixi, vel ænigma ſenſus abſtruſioris. Hinc per notas ſcribere, Græci dicunt τὸ συνθηματικῶς γράφειν. Sed eã differentiã inter notas & Singula ſcriptores quidã nõ agnoſcũt, vt Suetonius, Gellius, et alij Philologi, qui aliter (vt ex Suetonio ſuprà dixi) vocant notas. Vide eundẽ A. Gellium li. 17. c. 9. de notis Cæſaris, vbi & duorum exemplorũ aſtu barbarico excogitatorũ ſub bello Punico et Perſarũ meminit. Si quis plura hiſce de reb⁹ velit, videat Probi Grammatici cõmentarium ſatis curioſum de huiuſmodi ſcribendi ratione à Cæſare vſurpata, & alios quamplurimos. Aug. etiam Cæſar occultum ſcribẽdi modum ſic fecit. Spiramina vocis conceptæ ex lucidis mutauit in opaca, quorũ barbariẽ votis renitentẽ pulchra quadã adinuẽtione metatheſeos orchemate conuenientẽ ad nutũ efficit: hoc eſt, Cæſ. Aug. vt tutò & ſecretò ſcri-

Suetonius, Gellius, et nonnulli ſcriptores alij aliter notas intelligunt, quã I. C. vel Theologi.

ſcriberet quod vellet, Alphabeti litteras trã ſpoſitione varia mutauit, ita vt b. pro a, c pro b. poneret, & ſic conſequenter de ſingulis. Et quò ſcriptura magis tortuoſa maneret ſecretior, pro ſuo arbitrio tranſpoſuit litteras in latum & longum, ad quamlibet diſtantiam ordinis, numeri, & loci. Habebant & ſimile quid Lacedęmonij veteres, cùm occultare litteras publicè ad Imperatores ſuos & militiæ duces mittendas volebant, ne ſi ab hoſtibus interceptæ forent conſilia ſua noſcerentur; & epiſtolas eo modo factas σκυτάλην vocabant, propterea quòd in modum ſcuticæ ex coriaceo loro fiebant, σκύτος enim corium dicitur, vnde & Scytale Laconica genus ſecretioris epiſtolæ prouerbiali locutione appellatur. Auſonius in quadam epiſtola ad Paulinum, vbi varios occultè ſcribendi modos enumerat, hanc Scytalē eleganter deſcribit in hunc modum:

Vel Lacedæmoniam Scytalen imitare, libelli
Segmina Pergamei tereti circundata ligno
Perpetuo inſcribens verſu, qui deinde ſolutus
Non reſpondentes ſparſo dabit ordine formas,
Donec conſimilis ligni replicetur in orbes.

Baſilius etiam præter Suidam & Gellium meminit huius Scytales in epiſt. ad Candidianum ſic: ἐσφοβήμην προσβλέπων, ὡς οὐδεὶς ἐν αἰτίαις ὢν Σπαρτιάτης Λακωνικὴν σκυτάλην. Vide Herodotum quoque li. 5. 7. & 8.

nec

nec nõ Frontinum lib. 3. c. 13. de huiuſmodi ſecretis litteris. Item Ioannem Trithemium Abbatem ex recentioribus, qui ex profeſſo ſex libros πολυγραφίας ſcripſit, quibus varios occultè ſcribẽdi modos artificioſè quidem ſed ſatis obſcurè, vt à paucis intelligantur, tradit. Noſtro quoque ſeculo Baptiſta Leo Florentinus facilem de occultis ſcribẽdi notis artem excogitauit, ad quem lectorẽ breuitati ſtudens remitto.

CAPVT IX.

Quid in formatis litteris obſeruandum ſit.

Quæ in formatis litteris ſcribendis ſint notanda.

Vt igitur vſus ſcribendarum formatarũ litterarum rectius intelligatur, ſciendum eſt decem in huiuſmodi epiſtolis eſſe obſeruãda. Primò, vt prima littera patris apud Græcos ſumatur, vtpote πατρὸς. Secundò, prima littera filij, vtpote ὑιȣ̃. Tertiò, prima littera ſpiritusſancti, vtpote ἁγίȣ. Quartò, prima littera principis Apoſtolorum Petri, vtpote πετρȣ. Quintò, prima littera Epiſcopi formatam epiſtolam ſcribentis. Sextò, ſecunda littera eius ad quem ſcribitur, teſtificandæ rei cauſſa. Septimò, tertia littera eius qui accipit & defert litteras formatas. Octauò, quarta littera loci, ex quo epiſtola ſcribitur. Nonò, numerus Indictionis anni illius, quo litteræ ſcribuntur. Decimò, Amẽ, numerus

in

in fine ſemper addendus, quemadmodum latius ex Iuonis cap. 433. de cauſsis clericorum parte 6. ſui decreti conſtat. Quod quidem capitulum, quia magnam lucem huic tractatui ad intelligendum formatas litteras adfert, placet integrum ferè caput cum eiuſdem inſcriptione in hunc modum ſubijcere, vt ſtudioſi antiquitatum melius hæc omnia intelligant.

CAPVT X.

De modo conficiendarum epiſtolarum formatarum, quem Nicæna ſynodus inter Epiſcopos in faciendis epiſtolis conſeruandum eſſe inſtituit.

De modo ſcribendi formatas epiſtolas ex decreto Iuonis ſumpto.

Græca elementa litterarum numeros etiam exprimere nullus, qui vel tenuiter Græci ſermonis notitiam habet, ignorat. Ne igitur in faciẽdis epiſtolis Canonicis (quas mos Latin⁹ Formatas appellat) aliqua fraus falſitatis temerè præſumeretur, hoc à Patribus trecentis octodecim Nicææ congregatis ſaluberrimè inuentum eſt & conſtitutum, vt formatę epiſtolę hanc calculationis ſeu ſupputationis ſuæ habeant rationem, id eſt, vt aſſumantur in ſupputationem prima Gręca elementa Patris, & filij, & Spiritus ſancti, id eſt, π, υ, α: Quæ elementa octogenariũ quadringenteſimum & primum ſeruant numeros. Petri quoque Apoſtoli prima littera, id eſt π. quæ numerum octogeſimum ſignificat.

tat: Eius qui ſcribit epiſtolam prima littera, cui ſcribitur ſecunda, accipientis tertia, ciuitatis quoque de qua ſcribitur quarta, & Indictionis, quæcunque eſt illius temporis, numerus aſſumatur. Atque ita his omnibus Græcis litteris, quæ (vt diximus) numeros exprimunt, in vnum ductis, vnam quæcunque collecta fuerit ſummam epiſtola teneat. Addat præterea ſeparatim in epiſtola etiam nonagenarium & nonum numeros, qui ſecundum Græca elementa ſignificant ἀμήν. Tres igitur prædictæ litteræ Græcæ, id eſt, π, υ, α, & prima littera ex nomine Petri: id eſt, π, quingenteſimum ſexageſimum & vnum faciunt numeros: π. enim prima, quæ eſt in nomine ſummi Patris, 80. numerat. υ. verò, quæ eſt prima in nomine filij, 400. numerat, α, verò quæ prima eſt in nomine Spiritus Sancti, vnum indicat, Si addas π, quæ eſt in nomine Petri prima, id eſt, 80. reperies 561. ἀμὴν verò, quod in prædictæ epiſtolæ fine ſcriptum eſt, 99. indicat, α. enim vnum μ. quadraginta. η. octo, ν. 50. numerũ, qui 99. efficiunt numeros. Si verò totam ſummam ſimul iungas, 660. epiſtola numeros tenet. Sed propter minus ſcientes ponenda videntur elementa ipſa Græca cum numeris proprijs.

LII.

I. II. III. IIII. V. VI. VII. VIII. IX. X. XX. XXX.
α. β. γ. δ. ε. ϛ. ζ. η. θ ι. κ. λ.
XL. L. LX. LXX. LXX. XC. C. CC. CCC. CCCC. D. DC.
μ. ν. ξ. ο. π ϟ. ρ. σ. τ. υ. φ. χ.
DCC. DCCC. DCCCC. M. Hactenus Iuo.
ψ. ω. ϡ. ͵α.

Adhæc multi Canones de huiuſmodi litteris Commendatitijs & Formatis extant apud Iuonem parte 6. cap. 210. cum capp. ſeqq. ex Canonibus Apoſtolorum cap. 13. necnon Concilio Nicœno cap. 15. & 16. atque ex 2. lib. Clementis deſumpti. Vide etiam cap. 434. & ſequens apud eundem Iuonem eadem parte 6. vt infrà latiùs videbitur, vbi eadem capitula nimis vitiata à me caſtigantur, & ſuo nitori reſtituuntur.

CAPVT XI.

Iuliani Anteceſſoris gloſſarium ineptè ſuggillare textum formatæ epiſtolæ.

Iuliani Anteceſſoris gloſſarium hic taxatur.

Vt autem ad emendationem Scriptorum tandem perueniam, miror Iuliani Anteceſſoris gloſſarium corrigere hunc textũ de formata epiſtola loquentem: Qui ſecundum Græca eleméta ſignificant amẽ, & ſuſtinere legendum eſſe, ſignificat; cùm vtraq; lectio ſit bona. Nam qui (ſignificant) legunt, vt Iuo part. 6. de cauſſ. cleric. cap. 433. iſtud ad præcedens nomen Numeros referunt; qui

verò (ſignificat) vt decretum Gratiani, diſtinct. 73. hoc referunt ad antecedens ſubſtantiuum Numerum, idem enim eſt, ſiue ita legas: Addat prætereà ſeparatim in epiſtola etiam nonagenarium & nonum numerum, qui ſecundum Græca elementa ſignificat amen. Siue ita: Addat prætereà ſeparatim in epiſtola etiam nonagenarium & nonum numeros, qui ſecundum Græca elemẽta ſignificant amen. Excuſari tamen idem gloſſarius ex parte poteſt, eò quòd ibidem & formulam Attici Epiſcopi Conſtantinopol. ad finem Concil. Chalcedon. additam vnà cum diſtinct. 73. decreti citet: qui locus in Conciliorum tomis eſt corruptus, vt benè correxiſſe videatur, ſi ad eum ſolùm referat, & malè, ſi diſtinctionem dictam, quæ benè ſe habet, emendare velit. Nam certum eſt epiſtolam Attici Epiſcopi ad finem Cõcilij Chalcedonenſ. additam, à ſciolo quodã Græciſermonis ignaro corruptã eſſe, vt ille pro (amen) legerit, valete in domino; vt ibidem videre eſt, cùm (amen) ob quatuor characteres Græcos α. μ. ν. & ν. 99. numerũ ſignificantes, vt modus formatas ſcribendi litteras requirit, omnino ſit addẽdum. Quare citato loco, valete in domino, tanquam adulterinum & ſuppoſititium eſt expũgendum, eiuſque loco Amen ſubſtituendum, vt Iuo & Gratianus rectè habent. Aut ſi vale- *Locus in tomis Conciliorum deprauatus hic emendatur.*

C te in

te in domino retinendum eſſe cõtendas, ob conſuetudinem litteras taliter ſcribendi, vt earundem finis ſit, valete; Amen tamen valete pręponēdum eſt, vt mox melius in Iuone videbimus.

CAPVT XII.

Diuerſa Formatarum litterarum exempla apud Iuonem emendata.

Iuo diuerſis in locis, hic reſtituitur. Mirũ etiã eſt in magno Iuonis decreto parte 6. de cauſ. cleric. ca. 434. & 435. numeros Latinos cum characteribus Græcis non conuenire, & iiſdem capitibus omnia tam Gręca quàm Latina corruptiſsima eſſe, & hoc à nemine hactenus obſeruatum fuiſſe, vt conferenti Latinos characteres cũ Græcis, eoſque bene ſupputanti facilè patebit. Quare locus dictorum capitulorum ita eſt reſtituẽdus, vt in priori cap. ſub finem. Summa horum 1539. in Latinis ſit expungendum, & 1439. eius loco ponendum, vt exactè cum Græcis charactęribus qui ſubſequuntur, & rectè ſe habent, Latinus numerus cõueniat. Verùm omnes figuræ Græcę poſt Data Treueris eodem cap. ſequentes tanquam ſuperfluæ, & ad proximè ſequens caput tranſponendæ, omnino ſunt expungendæ; cùm conſtet exemplum formatæ epiſtolæ totum ex præcedentibus characteribus Gręcis exactè poſſe cognoſci, vt conferenti manifeſtum euadet.

uadet, & ſequẽs etiam capitulum poſt Data nullas notas Græcas habet. Qđ ad poſterius exemplum Formatæ epiſtolæ cap. 435. ſequente poſitum attinet, notandum eſt, Latinos numeros rectè ſe habere, & Grecos ex diametro pugnare, vt minimè cum exemplo Formatæ epiſtolæ conueniant; qui ſunt ita reſtituendi: π.υ.α.π.δ.α.ρ.δ.θ. ἀμήν, id eſt, charácteres præcedentis capituli poſt data Treueris ſunt ſumendi, & hi delendi. π.υ.α. π.δ.α.λ.θ. tanquam ſuppoſititij, atque ſub finem pro Data 5. Idus Maij, ſubſtituendum Data Virduni 5. Idus Maij, vt conſtet de loco, quod & præcedenti epiſtola benè eſt obſeruatum, vt nomen ciuitatis, ex qua litteræ ſunt ſcriptæ; iuxta modum Formatarum rectè ſit additum. Quæ omnia vt melius intelligantur, placet hic ordine characteres Græcos & Latinos ſeorſim velut in tabula ponere, ac valorem vniuſcuiuſque ad latus exprimere; vt cuiuis error, ſi eundem cum formula faciendi Formatam epiſtolam conferat, conſtet, præſertim cũ ſuo his capp. magnam lucẽ diſtinctioni 73. apud Gratianum adferat, & de eccleſiaſtic. ord. decret. lib. 2. apud Burchardum cap. 227. atque epiſtolæ Attici Epiſcopi ſub finem Chalcedonen. cõcilij additæ, optimeque dicta capp. faciant vnà cum præcedenti capitulo ad intelligendum

dum litteras formatas.quæ ab alijs ſcriptoribus nimis conciſè & obſcurè ſunt poſitæ, vt Oedipo non Dauo eſſet opus.

GRAECI CHARACTERES

exẽpli prioris epiſtolę formatæ, quod eſt apud Iuonem 6. parte de cauſ. cleric. cap. 434. vnà cũ eorundem ęſtimatione Latinis notis expreſſi, ſunt hi, à nobis vt eſſe debent correcti, & ſuis locis priſtinoque nitori reſtituti.

Prim⁹ exẽplum epiſtolæ formatæ apud Iuonem hic eſt correctum.

	Valẽt apud Latinos et Arithmeticos.	Significãt.
π.	80.	primam litteram *Patris* apud Græcos, vtpote πατρὸς.
υ.	400.	primã litteram filij, vtpote ὑιὸς.
α.	1.	primam litteram ſpiritus ſancti, vtpote ἁγίȣ.
π.	80.	primam litteram principis Apoſtolorum Petri
ρ.	100.	primam litteram Rathbodi Epiſcopi, formatam epiſtolam ſcribentis.
ο.	70.	ſecundam litteram in Rotberto, vt in eo cui ſcribitur.
σ.	200	tertiam litteram in Giſlemaro, vt perſona accipientis et deferentis.
υ.	400.	quartã litterã in Treueris, vt loco ex quo ſcribitur epiſtola.
θ.	9.	numerũ Indictionis, quæ eſt de anno dñi illius temporis, 906.
ἀμήν	99	numerũ in fine addendũ ſemper, α enim ſignificat 1. μ. 40. η. 8. & ν. 50, quę ſimul addita & collecta faciunt 99. vt ſupputanti conſtat.

Summa 1439.

Erga

Ergo in Latinis notis apud Iuonem 100. ſuperſunt, quæ vt ſuprà dictum eſt latius, 1539. habent.

POSTERIORIS EXEMPLI characteres Græci hic ſequuntur, quod eſt apud eundem Iuonem cap. 435. ſequente, vnà cum eorundem valore Latinis notis expreſſo, à nobis quantum fieri potuit correcti.

	Valēt apud Latinos et Arithmeticos	Significāt
π.	80.	primam litteram Patris apud Græcos.
υ.	400.	primam litteram filij.
α.	1.	primam litterā ſpiritusſancti.
π.	80.	primā litteram Petri Apoſtoli.
δ.	4.	primam litteram Dado: Epiſcopi Virdunenſis epiſtolam ſcribentis.
α.	1.	ſecundam litterā in Rathbodo, vtpote eo cui ſcribitur.
ρ.	100.	tertiam litteram in Adruino, vt eo qui litteras defert.
δ.	4.	quartam litterā in Virduni, vt loco ex quo ſcribitur.
θ.	9.	numerum Indictionis, quæ eſt de anno domini 906.
ἀμήν.	99.	numerum in fine vniuſcuiuſq; epiſtolæ formatæ addendū.

Exemplū poſterius apud Iuonem hic emēdatur.

Summa, quæ cum Latinis notis apud Iuonem exactè conuenit. 778.

C 3 Hic

Vt numer° indictionũ ſit inueſtigandus.

Hic ſciendum eſt obiter, indictionis numerũ ita eſſe inueniendũ. Primũ annis Chriſti 3 adde, deinde productum diuide per 15. quod ex diuiſione reſtat, eſt indictionis numerus. Si verò nihil poſt huiuſmodi partitionem remanſerit, tunc diuiſor quæſitum oſtẽdet, id eſt numerum indictionis 15. eſſe ſignificabit. Vt in hoc exemplo & proximè præcedente annus domini eſt 906. cui adde 3. ſunt 909. quem numerum diuide per 15. ſuperſunt 9. numerus indictionis quæſitus, quotiens verò oſtendit, (quod hic 60. eſt) quoties circulus indictionis à natali Chriſti ſit iteratus. Quare definiunt auctores indictionem eſſe ſpatium 15. annorum, ſingulis enim annis nnmerus aliquis indictionis ab 1. ad 15. ordine tribuitur, deinde à principio repetitur ordo. Indictio autem ideo à Romanis olim cùm ferè vniuerſo orbi dominarentur (teſte Aſconio) fuit inſtituta, ne tributorum ſoluendorum memoria labe retur, quam Pontifices noſtri pòſt tempore Conſtantini Magni ab obitu Maxentij in Concilio Nicœno decretam, vſui nunc diuerſo applicarunt, vt numerus indictionũ annis Chriſti, nõ Imperarorum in diplomatibus ſuis reſponderet. Nam Principes olim populo certam nummorum ſummam ſiue hoc exactionis genus edicto indicebant, & errorem, qui de temporibus eorumq; calcu-

Cur olim indictio ſit inſtituta, & cur ſit poſteà ad Pontifices tranſlata.

lo

lo ſuboriri poterat, in huiuſmodi indictioni bus precauebant, dum fortè Princeps aliquis medio anni moriebatur, & mox alius ſurrogabatur, ſic vt idem ann' vtriuſq; Principis vel Imperatoris annis tribueretur, adeò vt plures anni hoc modo, quàm reuera eſſent, falsò numerarentur. Incipit autẽ indictio à Kalendis Septemb. quòd conſtet eo menſe tributorũ exactores proprium munus auſpicari, vel potius à 24 Septemb. quòd tunc ob collectam annonam ſubditi tributa ſoluere poſſent, ſiue 8. Kalend. Octob. vt apud Cæſareos, ſed noſtri Pontificij exordium indictionis à Natiuitatis die aſſumunt, vt & indictionis & anni numerus à Natali domini ſimul mutetur, ne tẽporum rationes pòſt confundantur. Porrò cur annis domini 3. int addenda, & productum per 15. diuidẽlum, alterius eſt loci; ſimiliter cur aureus umerus ſic eſt quærendus, & cur ita epactæ, quemadmodum praxis docet, de qua ide præter alios computum eccleſiaſtiim Ioann. de Sacroboſco. Adduntur em 3. quia Chriſtus anno 4. cycli Romanæ indictionis natus eſt, & partitio fit r 15. quia eadem vltra 15. annos ſe non tendit, vt modò eſt dictum.

Quo mẽſis di[c]tio indictio olim numerari ſolebat, & quo nunc

Nunc ex prædictis rectè emendatis faci- omnia loca in Iuone 6. parte de cauſ. cler.

capp. 434. & 435. reſtitui poſſunt. Quæ vt facilius eluceſcant, omnia etiam corrupta exempla hic velut in tabula ob oculos ponemus, vt cuiuis error tam in Latinis quàm Græcis characteribus commiſſus cum correctione noſtra conferenti, & cum formula conficiendi formatas litteras conſtet, quę apud eundem Iuonem cap. 433. proximè præcedente luce meridiana clarior extat, in quo Latini & Græci characteres exactè etiam conueniunt, vt nihil in eodem capitulo deſiſideretur.

SEQVVNTVR HIC CHARACTERES Græci & Latini in prioris epiſtolæ formatæ exemplo apud Iuonem cap. 434. ſub finem extantes, ſed deprauati in Latinis, in Gręcis autem integri, vt ex dictis liquet.

Græci		Valent Latinis	
π.		80.	
υ.		400.	
α.		1.	
π.		80.	
ρ.		100.	
ο.		70.	
σ.		200	
υ.		400	
θ.		9.	
ἀμήν.		99.	

Summa ex his numeris collecta eſt 1439. ſed Latini characteres in deprauato codicè habent ſic. Sũma 1539. Nũc eodẽ ca. poſt data Treueris characteres Græci omnino expũgendi ita ſe habẽt, vt ſequitur.

Græci		Valent Latinis	
π.		80.	
υ.		400.	
α.		1.	
ϖ.		80.	
δ.		4.	
α.		1.	
ρ.		100.	
δ.		4.	
θ.		9.	

Summa hinc collecta eſt 679. ſed in deprauato codice Louanij apud Bartholom. Grauiũ an 1561. impreſſa eſt: Anno dominicæ incarnationis 906. indictione 9. vt ibidem videre eſt.

Exempla hæc deprauata ita ſunt poſita, vt apud Iuonẽ extant.

CHARACTERES GRAECI & Latini ſequentis cap 435. deprauati quidē apud Græcos, ſed integri apud Latinos, vt ſuprà ex correcto à nobis exemplo conſtat.

Exemplū Iuonis deprauatum.	π.		80.
	υ.		400.
	α.	*Valent Latinis.*	1.
	π.		80.
	δ.		4.
	α.		1.
	λ.		30.
	θ.		9.

Summa ex his numeris collecta facit 605. ſed in deprauato codice eſt 778. in quo poſt Data ſequitur Anno 906. indictione 9. vt etiam ſuprà, nec vlli Græci characteres, vt in priori exemplo, rectè ſunt poſiti, nam ad rem non faciunt.

Taceo nunc alia adhuc errata in dictis capp. commiſſa, quæ magis incuria typographi, quàm deprauatione manuſcripti exemplaris (ni fallor) euenerunt, quę cum facilè à quouis mediocriter linguam Latinam teneſte corrigi poſsint, operæ non duxi precium eadem hic adſuere, cū etiam totus Iuo Louanij deprauatè ſit impreſſus, multò autem magis Burchardus, de quo mox dicemus, Coloniæ editus, vt cōferenti conſtabit, quos opera doctorum hominum tandem aliquādo melius & caſtigatius in lucem prodituros ſperamus.

CAPVT XIII.

Exemplū Formatarum litterarum apud Burchardum emendatum.

Miror

Miror denique & Burchardum (qui pri- *Burchard° & Gratianus emendātur, ſed primò Burchardus, deinde Gratianus.*
s vniuerſam eccleſiaſticam diſciplinam
tomis vel libris. Iſidorum ſe priorem lô
uperans, optima methodo eſt cōplex°)
ratianum vbi de Formatis epiſtolis agūt
ıis corruptos eſſe, quorum errores vt fa-
ıs cognoſcantur, placet hic ordine depra
a ſimul cum ijs quæ à nobis emēdantur,
madmodum in Iuonis decreto fecimus,
ſerre, vt cuiuis errata conſtent.

HARACTERES GRAECI

rauatè in Burchardo lib 2 cap. 227. poſi-
ınt hi, ſed Latinæ notæ eoſdem exprimē-
es non ſunt in eodem cap. additæ, quas
nos hic adiecimus.

Exemplū Formatæ epiſtolæ in Burchardo deprauatū

Valent { 80. 3. 1. 80. 2. 5. 7. 60. 1. 20. 8. 9. }

Summa hinc collecta facit 276. *Deinde ſequitur :* Data *VVormatiæ Idus Martij, Anno dominicæ incarnationis* 1012. *indictione* 10. *idque abſq; notis Latinis Græcas exponentibus, vt modò eſt dictum.*

CHARACTERES GRAECI

à nobis in Burchardo correcti, iuxta modū formatæ epiſtolæ ſcribendæ ita ſe habent, quibus valor eoſdem exprimens Latinis notis additur.

Exemplū Burchardi emendatū.	*Valēt*	*Significāt*
ϖ.	80.	*primam litteram Patris apud Græcos.*
ὑ.	400.	*primam litteram filij.*
α.	1.	*primam litteram ſpiritusſancti.*
ϖ.	80.	*primam litteram Petri Apoſtolorum principis.*
ϐ.	2.	*primam litteram Burchardi Epiſcopi formatamſcribētis.*
α.	1.	*ſecundam litteram in VValterio, vtpote eo ad quem ſcribitur.*
μ.	40.	*tertiam litterā in Ecmanno, qui litteras defert.*
μ.	40.	*quartam litteram in VVormatia, vt loco, ex quo ſcribitur.*
ι.	10.	*numerum indictionis, quæ eſt de anno domini 1012.*
ἀμήν.	99.	*numerum in fine vniuſcuiuſque formatæ epiſtolæ addendum.*

Summa 753. cùm in ſuperiori deprauata ſumma tantùm ſit 276.

Vt

ʼt taceã adhuc alia leuiora errata in Bur-
ırdo commiſſa, quæ ſi à nobis ſubijceren-
·,non tam citò huic tractatui finem impo
:emus, miror interim ſummam Latinam
·æcis characteribus non fuiſſe additam,
paulò antè diximus, & etiam in Iuone di-
s capp. factum videmus, nihilominus ea-
ın ex characteribus Gręcis facilè elicitur,
parum ſit ſiue Latina ſumma addatur, ſi-
non, cùm ex formula epiſtolæ formatæ
emplum commodè intelligatur. Et hæc
.idem in Burchardo.

CAPVT XIIII.

*Exempla formatarum litterarum apud Gra-
ınum emendata.*

Iam ad Gratianum venio, apud quem di- *Gratianus in diuerſis locis emendatur.*
nct. 73. ſunt duo exempla epiſtolæ for-
atæ, quorum prius habet nomen ſcriben-
, cui ſcribitur, accipientis, ciuitatis, ex qua
ribitur, & alia exactè poſita, ſed Græcos
aracteres omninò deprauatos. Poſterius
:rò exemplum habet tantùm & ſcribẽtis,
cui ſcribitur primum characterem, ſcili-
t α, & υ, nec nomen deferentis, vel ciuita-
ı, ex qua ſcribitur, adiectum, vel indictio-
s numerum, etſi mox characteres omnes
ræcos ſubijciat, qui etiam aliter ſe habent
Plantini editione, & aliter in alijs editionĩ
bus,

buſ, vt conferenti conſtabit. Nec ſpes eſt exemplum hoc nimis mutilum & mancũ corrigendi, niſi nomina dicta ex chirographo aliquo exemplari vel ex alijs locis plenè reſtituantur, & ſic mendoſum eſſe magis, quã quomodo exemplum hoc emẽdandum ſit, intelligitur. Quamuis putem ipſum Gratianum hoc exemplum tam mutilum de induſtria poſuiſſe, vt in omnibus eſt mutilus, ſed tum characteres Gręcos addere minimè debuiſſet, qui nihil ad rem faciunt, cùm nomẽ ſcribentis, & eius cui ſcribitur, atque alia nobis non conſtent, vt ſuprà dictum eſt.

GRAECI CHARACTERES prioris exempli apud Gratianum mutilè poſiti ſunt hi.

Prius exẽplũ Gratiani mutilum.

π.	*Valẽt*	80.	*Summa 580.*
υ.		400.	
α.		1.	
ἀμήν.		99.	

Plantinus hic pro ἀμήν in fine addito ſic habet in margine: Pro hoc incluſo legitur in manuſcripto & Burchardo ϖ.υ α.π.Ϲ ι.Ϲ.ξ.κ.κ θ, cùm tamen in impreſſo Coloniæ Burchardo characteres Græci ſunt alij, vt ſuprà conſtat, & hi etiam deprauati, ex ſequentibus corrigendi.

CHA-

HARACTERES GRAECI cum Latinis notis à nobis correcti ſic eſſe debent.

Valēt	80.	*Significāt.*	*primam litteram Patris apud Græcos.*
	400.		*primam litteram filij.*
	1.		*primam litteram ſpiritus ſancti.*
	80.		*primam litteram* Petri *Apoſtolorum principis.*
	2.		*primam litteram Brocardi epiſtolam ſcribētis.*
	1.		*ſecundam litteram in VValterio, cui ſcribitur.*
	100.		*tertiam litterā in Hermanno, epiſtolam deferente.*
	40.		*quartam litteram in VVormatia, vt loco, ex quo ſcribitur.*
	10.		*numerum indictionis, quæ eſt de anno domini 1012.*
	99.		*numerum in fine vniuſcuiuſque Formatæ epiſtolæ addendum.*

Exemplū Gratiani ſuprà poſitum hic corrigitur.

Summa 813. cùm corruptum exemplum tantùm faciat ſummam 580. vt ſupra liquet.

Qua-

Gratianus in multis emẽdatur.

Quare Gratianus in multis hic eſt corrigendus, & pro anno dominicæ incarnationis 1002. vt omnia exemplaria habent, ponendum 1012. Nam idem Gratianus in eodem exemplo loquitur de indictione 10. cuius annus dominicus eſt 1012. non autem 1002. vt ſupputanti & quærenti numerum indictionis ex dicto anno domini facilè conſtabit, & minimè annus 1002. in quo 15. eſt indictio. Si enim ad eundem annum addas 3. & productum numerum (vtpote 1005.) diuidas per 15. nihil in partitione reſtabit; quod tunc numerum indictionis vltimum, ſcilicet 15. eſſe ſignificat. Vel ſi annus domini 1002. retinetur; indictio eſt mutanda, (quemadmodum lapſum crebriùs eſſe commiſſum in indictionibus, quàm Chriſti annis, ex tomis Conciliorum liquet, eò quòd annus domini facilius omnibus eſt notus, quàm indictio) & pro 1. ponendum 15. id eſt indictio 15. pro 10. ſubſtituenda. Sed tunc ex Chronicis vidẽdum, vtrùm hæc epiſtola formata ſit tali tempore ſcripta, vel ex manuſcriptis exemplaribus, cùm ex Conciliorum tomis non conſtet. Quid ſi poſtrema duo elementa (vtpote 12.) à ſciolo quodam annis domini fuerint detracta, & menſi addita? vt hinc error natus eſſe videatur, cùm non ſemper etiã menſis addatur: quamuis hoc non tam veriſimile ſit, eò quòd annis

Coniectura.

nis

ns domini 1002. poſtremum elementum 2. :tinet, & ſic prior caſtigatio melior eſt. Por) quid per menſem 12. intelligat Gratian⁹, ıultis dubium eſſe fortè videbitur, ſed faci: is qui tenet antiquitates, ſciet Chriſtianos Martio prius menſes numeraſſe, vt olim tẽ ore veterum Romanorum, antequàm Iauarius & Februarius à Numa reliquis fuiſent additi & præpoſiti, fieri ſolebat, de quo ide Ouid: lib. 1. Faſtor. *Quid per menſem 12. Gratianus velit.*

Martis erat primus menſis, Veneriſq; ſecundus:
Hæc generis princeps, ipſius ille pater.

Vide quoque Antonium Contium I.C. ad diſtinct. 75. in qua Gratianus de quarti mẽſis ieiunio, ſeptimi, & decimi loquitur. I. Cęſar etiam cùm annum ciuilem ſiue communem anno ante Chriſtum natum 45. poſt Numam ei adijciendo 11. dies & quadrantẽ ad ſolarem redigendo correxiſſet, de quo idem Naſo 3. Faſtor. Kalendarium à Martio, ſiue ab ingreſſu ſolis in ariete, qui nunc ſecũdum Aſtrologos eſt 10. Martij, inchoari iuſſit, in quo Romani quoque ſua comitia auſpicabantur, & vectigalia locabant, vnde idẽ Ouid. ait.

Qui Ianum ſequitur, veteris fuit vltimus anni.

Adhæc mundus in Martio factus eſſe dicitur, & dominus Exod. 12. de eodem menſe loquens ait: Menſis iſte primus erit in mẽ-

ſibus anni. Quanquam Hadrianus Iunius ll. 3. animaduerſor. cap. 8. ſtatuit originem mundi in ſigno libræ, ob omnium rerum in eodem ſigno tunc perfectionem, & ob alias cauſſas, & cap. 12. Exod. pro ſe facit, in quo Deus Moyſi præcipit, vt Niſan menſem, qui Martio noſtro nunc reſpondet, inter anni menſes primum habeat, non ordinem hic in annorum curriculo ſpectari dicens, ſed principatum & dignitatem inter mẽſes oſtendi, & à Deo immutari, vt primarij honoris prærogatiua Martio menſi deferretur, quo videlicet gentem Iudaicam ſingulari Dei beneficio iugũ Aegyptiorũ exuiſſe conſtaret, quo item menſe nos à poteſtate diaboli ereptum iri morte Chriſti teterrima in iſtũ menſem incurſura adumbraretur, ſed vtrum eius rationes ſint efficaces alijs excutiendum relinquo. Quare Theologi noſtri & Canoniſtæ annum à dicto Martio dignè inchoari tempore æquinoctij vernalis videntur, quanquam ſecundum diuerſos diuerſa fuerunt anni principia. Numa enim à ſolſtitio hyemali ſiue à Ianuario, teſte Naſone 2. Faſtor. annum ſuum incępit ſic:

Adriani Iunij interpretatio cap. 12. Exod. quàm vera ſit conſiderandũ.

Sed tamen antiqui, ne neſcius ordinis erres,
Primus vt eſt Iani menſis, & antè fuit:

Vt Romulus à Martio, qui primum anni menſem Marti genitori ſuo dicauit, vt ſuprà ex Ouidio quoque conſtat. Arabes & Athenien-

nſes à ſolſtitio æſtiuali ſiue tropico Cã-
menſes numerare incœperũt, quamuis
ta alios à verno æquinoctio Arabes &
maſceni annum incęperint. Sunt quoq;
Arabes à Septemb. annũ auſpicatos pro-
erunt. Iudæi ante exitum ab Aegypto à
temb. ſub æquinoctiũ autumnale, quod
teà iuſſu Dei mutarunt. Aegyptij & He-
i 28. Septemb. Porphyrius tamen perhi-
Aegyptios anni auſpicium à Cancro
pſiſſe. Perſæ & Græci 28. Octobris, om
ſue ſuas habuerunt rationes, cur ita an-
i incœperint. Cõſtat item ex Plinio, Ma-
io, Gellio, & alijs, quàm varia fuerit a-
veteres anni ratio, ſic vt non vna fuerat
ibus nationibus temporis computatio,
vnæ eædemq; nationes eandẽ ſemper tẽ
s rationem obſeruarunt. Nam Græci à
te Alexandri per olympiades nume-
nt. Hebræi vel à prima mundi origine,
diluuio. Romani ab vrbe condita & à
ſulibus, qui etiam ob motuum cæleſtiũ
rãtiam non ſtatim aſſequi quod petebãt
erunt, vt nec aliæ gentes. Arabes nunc
humete. Dionyſius Abbas, qui tem-
Iuſtiniani floruit, ab incarnatione Ser-
ris 25. Decemb. cum Theologis noſtris
ıtioribus annũ inchoauit. Deniq; Clau
Ptolomæus, & omnes ferè Neoterici,

Anni principium cur à diuerſis nationibus diuersè numeretur.

cum Iulio Cæſare ab ingreſsu ſolis in ariete. Verum Aſtronomiæ imperitia fecit, vt anni conſtitutio apud varios populos varia fuerit, rudis enim ſine litteris ac matheſi priſcorum ætas fuit, quod vel ſolus Plinius ſatis oſtẽdit longè pòſt natus, qui quo ad matheſin toto (quòd aiunt) cęlo ſæpius turpiter errat, ſed hoc ipſum ſæculo non auctori eſt aſſcribendum.

CHARACTERES GRAECI poſterioris exempli apud Gratianum poſiti ſecundum exemplar vulgare Pariſijs impreſſum, ſed valdè deprauati, ſunt hi, vt facilè conferenti exemplar impreſſum conſtabit.

Gratiani poſterius exemplum de formata epiſtola deprauatū ex vulgari editione.

π.	*Valent*	80.
υ.		400.
α.		1.
ϖ.		80.
β.		2.
β.		2.
ε.		5.

Summa 570. verùm textus dictos characteres Latinis notis poſteà exprimens ſic ſe habet: Continet hac formata epiſtola ſummam numeri

*315, cùm vera ſumma ſit aliter, vt modò di-
n eſt, conſtat etiam ipſum Gratianum ante
um domini 1315. diu fuiſſe defunctum, vt
exemplum tali tempore ſcribere non potue-
Sunt nonnulla exemplaria quoque impreſ-
qua poſt vltimum ι. habent ι. adhuc ſubdi-
um, & nonnulla characteres Græcos ali-
liter, vt paſſim vide-
re eſt.*

AECI CHARACTERES
mpli poſterioris à Gratiano poſiti ſecũ-
textum Plantini ſunt hi, ſed vt ſuperio-
es valdè deprauati, quorum valo-
rem hic etiam adieci-
mus.

Valent { 80. 400. 1. 80. 2. 2. 60. 20. 8. 9. } *Summa 642.*

*Nota quòd hoc exemplum poſterius, vt ſuprà
um eſt, nullo modo ex textu poteſt corrigi, et
haracteres Græcos non ſubiecimus abſolutè*

emendatos, ne oleum (quòd aiunt) & operam perderemus, quia textus in omnibus eſt mutilus & deprauatus, nec ſcimus, quomodo emendari queat, niſi exemplum idē in manu ſcriptis libris plenū inueniatur, vel in alijs codicibus ex Chronicis, nec ex Conciliorū tomis etiamnum extantibus colligi poteſt. Gloſſa etiā ad eandē diſtinct. 73. habet. Hæc diſtinctio in ſcholis non legitur, quia ea quæ ibi cōtinentur in deſuetudinem abierunt, nec modò locum habet, vt nec inde petendum ſit huic vulneri remedium. Quare tolerabilius eſt nos alicubi hærere, quā temerè quiduis mutare vel conijcere videri, coniecturis magis incertis, quàm rei veritate motos.

Contius locum Gratiani non benè corrigit

Hanc porrò diſtinct. 73. Anton. Contius I.C. ſummus, & antiquitatis indagator diligētiſsimus, optimeq́; de omnib⁹ iuris ſtudioſis meritus. reſtituere conatur, vt ex Plantini editione anno 1570. facta videre eſt, meo tamen iudicio (vt cum pace tanti viri hoc dictum ſit) eam non rectè reſtituit. Nam pro illa clauſula (qui ſecundum Græca elemēta ſignificat amen) ſuſtinet legendum (qui ſecundum Græca elementa ſignificatur ϟ. θ. (quanquam Plantinus deprauatè habet υ. θ. quæ 409. non autem numerum 99. conſtituunt) idq́ue ex vetuſto codice (vt ſcribit) emendat, eò quòd hæc duo elementa 99. numerum etiam ſignificant; ſed ἀμὴν potius eſt retinendum, cuius characteres Greci 99. nume-

ımerum faciunt, tum quòd eccleſia communiter auſpicetur (vt et hic) à nomine pa is, & filij, & ſpiritus ſancti, atque in amen :ſinat, vt omnia ſint auſpicatiſsima; tum ıòd omnia exemplaria hactenus impreſſa ı habeant; tum quod ea vox ἀμὴν cum diı diſtinctione magis conueniat, imò cap. 3. de cauſ. cleric. part. 6. Iuo dicit apertè ἀ-ν eſſe legendum, vt eodē loco videre eſt. uòd etiam idem Contius priori exemplo *Contius In* iſtolæ formatæ apud Gratianum dicit, ſe *rec. rurſus* o ἀμὴν, in fine additum legiſſe in M. S. & *taxatur.* ırchardo has litteras ſequentes. π.υ.α.π. .ϐ.ξ,κ.η.θ. mirari ſatis nequeo, cùm in Bur ardo ſint alij characteres Græci, vt ex ſurioribus conſtat, ni ille aliud exemplar àm eſt noſtrum impreſſum habuerit, ſed nc addere debuiſſet malè, quia dicti characteres nullo modo cū exemplo prioris e-tolæ formatæ eadē diſtinct. 73. poſito con niunt, nam conficiunt tantùm 667. cùm ;. eſſe deberent, vt ex antecedentibus à no ; emendatis conſtat.

Cætera errata in hac diſtinct. cōmiſſa ſunt ıia, vt interim taceam, quòd Burchardus Gratianus in proprijs nominibus varit: hic enim in exemplo priori formatæ iſtolæ, quod ex Burchardo (vt conſeıti conſtabit) trāſtulit. Brocardus & Her ınnus legit atque VVarmacienſis : ille

verò Burchardus, Ecmannus, & VVormacienſis, ſed parum hoc eſt, poſtquàm res ipſa conſtet, & prima, tertia, & quarta litteræ cuiuſque dictionis hic ſint eædem, vt hoc loco factum videmus, & formula ſcribendi Formatas litteras requirit. Hęc in Gratiano ſint ſatis, & de correctione Formatæ epiſtolæ, nunc ad alia eodem ſpectantia veniamus.

CAPVT XV.

Cur inter capita Nicænæ ſynodi nullum ſit, quod de formatis litteris mẽtionem faciat, præſertim cum auctores earum originem inde deducant.

Quæſtio cur Formatæ litteræ inter capp. Nicæni Cõcilij non reperiantur.

Mirabitur fortaſſe quiſpiam, cùm Iuo & Gratianus vſum Formatarum epiſtolarum ex Nicæna ſynodo introductum referant, nihil in canonibus 20. eiuſdem Nicæni Cõcilij ſub Sylueſtro Papa & Conſtantino Magno celebrati de illis Formatis inueniri. Sed conſiderandum eſt teſtimonio Athanaſij Epiſcopi Alexandrini, capitula Nicæni Concilij fuiſſe 70. in modum & ad formam 70. diſcipulorum ſcripta, ex quibus 20. tantùm in eccleſia Romana habentur, & reliqua vel combuſta ſunt ab hæreticis, vel in deſuetudinem abierunt, vt conſtat ex epiſtola Athanaſij & Aegyptiorum Pontificum ad Marcum Papam pro exemplaribus Nicænæ ſynodi ſcribentium, quia Arriani eorum exẽpl

a incenderant, à Gratiano in c. Septuagin-
diſtinct. 16. relata, & ex decreto Iuonis par
4. cap. 108. atque ex reſponſione Marci Pō
icis de miſsione capp. Nicæni Concilij ad
thanaſium & Epiſcopos Aegypti, apud
ionem dictæ partis 4. cap. 109. Item ex epi
ola Iulij Papæ apud Iuonem eadem parte,
p. 111. & ex epiſtola Stephani Pontificis
l Luthobium Moguntinum Epiſcopum
ud eundem Iuonem parte 4. cap. 232, nec
on apud Gratianum cap. Viginti, diſtinct.
5. quorum etiam fit mentio ſeſsione 20. Cō
lij Florentini generalis. At qua incuria &
iuria temporum, vel quorum maleuolē-
, reliqua defecerint capitula, vel cōbuſta
nt, ambiguum eſt ex dicto capite Viginti.
ſtinct. 16. & ex cap. 232. in 4. parte Iuo-
s, vbi ait. Capitula Concilij Nicæni teſti-
onio Athanaſij 70. in figuram 70. diſcipu
rum ſcripta non dubitamus. E quibus 20.
ntùm in eccleſia ſancta Romana habētur,
d quo neglectu reliqua defecerint, ambi-
ium eſt. Arbitrantur enim plurimi ea An-
ocheno inſerta Concilio. Item idem Iuo
cta parte 4. cap. 110. ſic ait. Plura quàm illa
0. capitula, quę apud nos habentur, Nicœ-
æ ſynodi reperimus, & in decretis Iulij Pa-
æ 70. eiuſdem ſynodi eſſe debere legimus.
onſtat etiam ex canone 5. Sardicenſis Cō-
lij, & can. 20. ſynodi Antiochenæ plura

Ex 70. capp. Nicæni Concilij cur tantū 20. extēt.

fuiſſe quàm 20.capitula,nec non ex Concilio Conſtantinopolitano, & epiſtola Innocentij Papæ ad Victricium Rhotomagēſem Epiſcopum ſcripta. Cæterùm quid mouerit Iuonem neſcio,quod ſui oblitus dicta parte 4.cap.108.inter alia ſic ſcribat. Præſentibus nobis (verba ſunt Athanaſij ad Marcũ Papam) 80.in memorata ſynodo cap. tractata ſunt, videlicet 40.à Græcis,Græca edita lingua,& 40.à Latinis,ſimiliter Latina edita lingua. Sed viſum eſt 318. Epiſcopis ſpiritu ſancto repletis in prædicto Concilio congregatis, & maximè iam dicto Alexandro & Apoſtolicæ ſedis Apocriſiarijs, vt decem capitula adunarentur alijs, atque congruis locis insererentur, & ad formam 70. diſcipulorum, vel totius orbis terræ linguarum 70. tanti & tam excellentis Concilij fierent capitula, quæ omnem Chriſtianorum informarent orbem. Hactenus Iuo in capit. Septuaginta. Qui locus videtur mendoſus eſſe, & pro 80.legendum 60.atque pro 40. legendum vbique 30. quemadmodum etiam ſequentia verba ita eſſe debere docent, alioqui capp. Nicœni Concilij 90. forent. Nam ſi 10.capitula bis 40 addantur, nonaginta fiunt, quod eſt contra mentem dictorum capp. & ſententiam Gratiani in cap. Septuaginta, diſtinct. decimaſexta, vbi expreſ-

Loc' apud Iuonem corruptus emēdatur.

ſè

ē habet, à Græcis 30. capitula Græca edita
ngua, & à Latinis ſimiliter 30. Latina lin-
ua edita, atque 10. capp. in figuram 70. di-
cipulorum adiecta, vt ibidem clarè videre
ſt. Quanquam quidam, & ex eorum nume
o Alphonſus Piſanus, putant ſanctos Pa-
res primùm 80. canones edidiſſe, deinde
os ad numerum 70. redegiſſe, omneſque
ntercidiſſe, exceptis 20. qui ad noſtra vi-
ue tempora cōſentientibus etiam ipſis Ar-
ianis conſeruati ſunt. Arabicum quoq; ex-
mplar, quod Paptiſta Romanus ex Alexā-
lria Aegypti Romam attulit, & in Latinam
inguam tranſtulit, Canones 80. continet,
ed ad numerum 70. redactos eſſe teſtis eſt
Athanaſius. Vt vt eſt, vel Iuo, vel Gratian',
vel typographi errarunt, quemad. in calcu-
atione numerorum facilis eſt lapſus. Onu- *Error Onu-*
phrius in chronico eccleſi. octoginta qua- *phrij.*
uor Canones fuiſſe retulit, ſed errat. I-
em apud eundem Iuonem 4. parte cap.
09. loco paulò antè citato in §. His ita
peractis, pro ſeruitio legendum ſcrutinio,
vel potius ſcrinio ſic; Diligenter inqui- *Alter Iuo-*
entes in' ſanctæ noſtræ & Apoſtolicæ ſe- *nis locus*
lis ſcrinio, &cæt. alioqui enim nullus eſt *reſtituitur*
et ſenſus, quanquam iſtud erratum non
am Iuoni, quàm typographo, vel vi-
ioſo manuſcripto exemplari adſcri-
ben-

Locus Gratiani emẽdatur. bendum ſentio. Et apud Gratianum in cap. Septuaginta diſtinc. 16. pro apocriſarijs legẽdum apocriſiarijs, id eſt Legatis Epiſcoporum, vt vox ab ἀποκρίνομαι deducatur, quòd legati aliquando pro Epiſcopis reſpondere cogantur. Quædam exemplaria multò ineptius habent apochryſarijs, quaſi ab auro deducantur. Sed ad rem. Quod Arriani capitula Nicæni Concilij incenderint, conſtat etiam ex epiſtola Aegyptiorum Pontificum ad Felicem Papam, in qua de infeſtationibus Arrianorum plurimùm conqueruntur. Qui nos (inquiunt apud Athanaſium) quotidiè infeſtant, & perdere nitũtur, vt facilius nos capere poſsint, ſunt ſynodica capitula incenſa nobiſq; ſublata. Conſtat denique Canones authenticos Concilij Nicæni Cõſtantinopolim fuiſſe tranſlatos, ex can. 1. Carthag. ſynodi ſecundum diſtinctionem Balſamonis apud Photium, & potiſsimùm ex commonitorio Danielis Notarij in eodem cap. Sub finem etiam eiuſdem Concilij reſcripta Cyrilli Alexandrini Epiſcopi, & epiſtola Attici Epiſcopi Conſtantinop. (de quibus in eodem commonitorio fit mentio) ſequuntur, quibus authenti cũ Nicænæ ſynodi è Gręco tranſlatum per Innocẽtium presbyterum & Marcellum ſubdiaconum eccleſiæ Carthagin. ad ſynodũ remittunt, vt ibidem videre eſt. Vel ſi quis exa-

:xactius ex Conciliorum tomis poſtremò
:ditis hæc petat, videat Concil. Carthagin.
;.ſub Bonifacio Papa 1. celebratum, & ibi
Canonem 4.in quo eſt Alypij Epiſcopi re-
ponſio ad vera exemplaria Nicœnę ſynodi
ıerquirenda, ſimiliter & can. 5. & 9. & 10.
iuſdem Concilij. Videat etiam Concilium
Africanum cap. 102. & ſeq. in quibus ſunt
eſcripta Cyrilli ad eandem ſynodum Afri
ano. qui & authentica ſynodi Nicænæ è
Græco tranſlata per Innocentium ſuprà di-
tum tranſmiſit, quæ poſteà cum alijs epiſto
is Romam per eũdem ad Bonifacium ſunt
niſſa: necnon epiſtola Attici Epiſcopi cum
xemplaribus Concilij Nicæni ſubiungitur,
ιuæ pòſt ab Africano Concilio ſimiliter ad
undem Bonifaciũ Papam ſunt trãſmiſſa,
t his rebus diutius immorari non ſit ne-
eſſe.

CAPVT XVI.

Non modò viginti iſtos Nicœni Concilij 1. Canones, qui circumferuntur, veros ac genuinos ſe, ſed & alios his plures aliunde ex alijs ſyno- is conquiri poſſe, vbi & de tempore celebrandi aſchatis prout olim apud Iudæos, & nũc apud Chriſtianos habitum ſit, agitur.

Non defuerunt etiam auctores, qui hæc o.capitula quę hodie ex Concilio Nicœno eſtant, ſibi quoque ſuſpecta eſſe putarunt, par- *Cur 20. capitula concilij Nicæni hodie*

extantia nonnullis ſcriptorib⁹ ſint ſuſpecta.

partim ob illam Athanaſij auctoritaté, partim quod multa in eis referunt eſſe, quæ recentiorem diſciplinam eccleſiaſticam redoleant. Quale eſt, quòd ca. 3. de συνεισάκτοις, ſiue ſubintroductis mulieribus traditur, nó enim clero mulierem extraneam ſecũ habere licebat, niſi matrem, aut ſororem, aut auiam, vel amitam, vel fortè materterã, et quod can. 11. (vel ſecundũ alios can. 12. cũ alij aliter Canones diſtinguãt) pœnitentia imponitur militantibus. Quæ tamen verba veteres Patres Græci & Iuſtinianus in Nouell. veluti ex Nicœna ſynodo prolata agnoſcunt. Denique illi contédunt ſolũ ſymbolum, quod Nicœnum vocant, ſuperfuiſſe, quod haud ſecus atque euangelium recipi deberet. Canones verò ad eccleſiaſticam diſciplinã pertinentes pro temporum qualitate mutari potuiſſe, prout multi poſteà ſunt immutati. Ceterùm multa poſſunt obſeruari velut ex Nicœna ſynodo recitata, quæ inter ea capp. nó extant, quale eſt, vt Paſcha die Dominicá & 14. Luna poſt æquinoctium vernale vſq; ad 21. primi menſis celebretur. Citantur & in epiſtola Iulij Papæ 24. Canones, præter illos 20. paſsim qui extant, ſed illos eſſe ſuppoſititios Contius quodam in loco ad Gratianũ annotauit, quòd nemo eos, ne quidem ipſe Gratian⁹, citare auſus eſt. Ad quẽ locum benè intelligendum obiter ſciendum eſt, plura

Locus Contij excutitur.

nis 24. capp. in ea epiſtola citare Iulium, ſed
quæ ad prædicta 24. reducuntur, quæ tamē
n Conciliorum tomis ita ſunt digeſta, vt
27. eſſe videantur, quia quædam ſæpe repe-
untur, quæ ordine Alphonſus Piſanus in li-
bella ſuo de Concilio Nicœno recenſet. Et
Sardicenſe Concilium epiſtolam illam Iu-
ij, in qua 24. prædictos Canones inſeruit,
videtur agnoſcere, cuius Concilij epiſtolam
deſcripſit Athanaſius Apologia ſua 2. ad-
uerſus Arrianos, & Theodoretus lib. 2. hi-
ſtor. eccleſiaſt. cap. 8. Item ſciendum, Euſe-
bium ipſum lib. 3. cap. 13. 17. & 18 in vita
Conſtantini referre eandem fuiſſe Concilij
Nicœni de fide & Paſchæ celebratione ſen-
tentiam, adeò vt non modò concors fides
inter eos vigeret, ſed etiam vnum idemque
tempus in ſalutari Paſchatis feſto celebran-
do ab omnibus obſeruandum concedere-
tur. Diſſenſio enim de tempore feſti Pa-
ſchatis celebrandi erat inter Patres exorta,
dum alij Iudæorum ritum ſequendum aſſe-
rerēnt, alij autem Chriſtianorum conſuetu-
dinem vbique ea in re prorſus imitandam
cenſerent, & temporis a ticulum obſeruan-
dum eſſe, minimeque morem eorum imi-
tandum, qui à gratia euangelica alieni eſſe
viderentur. Lege quoque eundem Euſebiū
in chronicis lib 5. cap. 21. 22. & 23. de Pa-
ſchæ celebratione, nec non Sozomenum
lib.

lib.1.ca.20. Item Concilium Antiochenum. ca.1.& Conſtantinopolitanum 1.cap.1.2.& 3, ex quibus facilè cuiuis conſtabit, tempus
Contius ta xatur. Paſchæ celebrandi fuiſſe in Concilio Nicæno concluſum, vt mirari ſatis nequeam ipſum Contium de hoc, & 24. Canonib. à Iulio Papa citatis dubitare, eò quòd Gratianus eorundem nõ faciat mentionem, ſatis eſt quòd idem Papa eos citet in reſcripto ſuo contra Orientales pro Athanaſio & alijs Epiſcopis ab Arrianis à ſuis ſedibus deturbatis, idque ſub finem cap.1, vt ex primo tomo Conciliorum Surij videre eſt. Vide & priorem increpatoriam epiſtolam eiuſdẽ Iulij ad Orientales Epiſcopos, in qua plurium capp. in Nicæno Concilio habitorum, ſed hodie inter 20.cap. non extantium, meminit. Similiter & Iuo 6. parte de cauſ. cleric. 27. canones ex Synodo Nicæna citat, numeroſque eorũ addit. Vide etiam Concilium Antiochenũ & Sardicenſe ſub eodem Iulio celebrata, in quibus ſæpius fit mentio de capp. in Cõcilio Nicæno prius habitis. Cõmemorantur & diuerſi Canones eiuſdẽ in 1.2.& 3.cap. Cõſtantino.1.& 3. cap. Carthagin. 1. nec non apud Gratianum ca.61.diſt.50, & alijs in locis, vt ſperem facilè 70. Canones in Nicæna ſynodo factos ex diuerſis alijs Concilijs & ſcri-
Conſilium quomodo ptoribus Eccleſiaſticis elici poſſe, ſi quis in Conciliorum tomis & alijs libris huc ſpectãtibus

tibus euoluendis diligentem operam impẽdat, nec non manuſcriptis exemplaribus. Audio enim quoſdam canones eiuſdem ſynodi Græcè apud Antonium Auguſtinum, Ilerdenſem olim Epiſcopum ; nunc verò Tarraconenſem Archiepiſcopũ, latere, atq; apud alios alia capitula & Concilia nondũ euulgata eſſe, quæ negligentia maiorum nõſtrorum hactenus non ſunt impreſſa, vt nemini mirum eſſe debeat, ſi capp. de Formatis litteris & Paſchæ celebratione inter 20. capp. non extent, quæ etiam ex alijs locis elici poſſunt. Item Franciſcus Turrianus lib. 3. defenſionis ſuæ aduerſus centuriatores Magdeburgenſes habet: Canones Nicœni Concilij ex duobus libris antiquiſsimis Arabicis, à Marcello II. Pontifice habitis quidam Venetus vertit, in quibus erant omnes Nicœni Canones, exceptis 29. quos libri vetuſtas conſumpſerat, & deleuerat. Poſteà Baptiſta Romanus Alexandriæ eoſdem Canones integros Arabicè quoque ſcriptos ante paucos annos reperit, quos ex libro Patriarchæ Alexandrini idem Baptiſta deſcripſit, veroſque eſſe Canones idem Turrianus aſſerit, quorum vnus citatus eſt à Baſilio, alius ab Auguſtino. Adhæc Photius Conſtantinop. ſcribit in volumine ſuo de libris à ſe lectis, acta Nicœnæ ſynodi tribus voluminibus à Gelaſio quodã ſcripta ſe legiſſe. Po-

Canones omnes Nicœnæ ſynodi haberi queant, qui præter 20. nunc deſiderantur.

ſtremò B. Iſidorus Hiſp. archiepiſcopus in prologo ſuæ collectionis Canonum & epiſtolarum, ſe audiſſe ait ex duobus de conſortio fratrum ſuorum ex oriente venientium, qui affirmabant ſe vidiſſe in oriente ingens volumen actorum ſynodi Nicœnæ.

Cauſſa & neceſſitas cur veteres Patres tam ſcrupuloſi fuerint in Paſcha tis celebratione ſuo legitimo tempore peragẽda.

Cur autem veteres illi Patres in Concilio Nicœno congregati hoc vel imprimis ad ſuum officium & eccleſiæ dignitatem ſpectare putarunt, vt in Paſchate celebrando ſic anni tempus obſeruaretur, vt ratio menſis & diei, Soliſque & Lunę progreſsionũ in ſignifero conſtaret, ſingulari pietate ac religione moti, hinc eſt: quia Deus per Moyſen Exod. 12. Numer. 9 Deuteronom. 16. Leuit. 23. capp. & pleriſque alijs in locis populo Iſraelitico iuſsit, vt diem ſacratiſsimi Paſchatis tanquam primum legis ſacramentum ſemper obſeruarent, ſolemniterque celebrarent, imò animæ exterminium & vltionem diuinam minabatur ijs, qui Paſcha circa 14. lunam primi menſis ad veſperam, à qua dies Azymorum exordiuntur, non celebrarent. Verum decreta ſanctorum Patrum in diuerſis ſynodis, non ſolùm Nicœna, ſed & Antiochena, Chalcedonenſi, Conſtantinopolitana, & nonnullis alijs ſub pœna excommunicationis ſanctiſsimum hunc Paſchatis diem dominica ſequente poſt 14. Lunam primi menſis in memoriam Chriſti re-

reſurrectionis ex cauſsis ſupradictis celebrari iuſſerunt. Vnde Victor Romanus Papa ait: Nos ſolemniter mandamus celebritatem ſancti Paſche celebrari debere die Dominica à 14. Luna primi menſis vſque ad 21. eiuſdem menſis, vt prædeceſſores noſtri ſtatuerunt. Quid autem per primum menſem intelligat, antè eſt dictum. Vide Niceph. lib. 4. cap. 36. & duobus ſeqq. de Paſchatis celebratione, inter Aſiaticas & Occidentales eccleſias ſub finem imperij Commodi quæſtionem non paruam eſſe ortam, dum Aſiani Iudæorum ritum ſeruandum dicerent; quorum nomine Polycrates eccleſiæ Epheſinæ Epiſcopus ſententiam dicit, quos Victor Pontifex Romanus excommunicare ſtatuit, niſi alij Occidentales Epiſcopi, inter quos fuit Irenæus Lugdunenſis Epiſcopus, eum ab ea ſententia abduxiſſent. Euſebius etiam loco ſuprà citato narrat, diſſidium exortum in primitiua eccleſia de Paſchatis celebratione circiter annum Christi [illegible]4. Victoris Epiſcopi Romani temporib[9]. Aſiatici, n. illud in ipſo plenilunio Martij, more Iudæorũ & D. Ioannis ac Polycarpi exẽplũ ſecuti, celebrabãt, Victore & Occidẽtibus proxima Dominica poſt reſurrectiõ celebrantibus. Durauit autẽ hæc contẽtiõ Nicœnã ſynodũ vſq;, vt ex eodẽ Euſebiõ [illegible]tat, & Niceph. li. 4. c. 12. vbi ait. Grauiter

Diſſenſio inter Orientales & Occidentales eccleſias de Paſchatis celebratione non parua exorta, quæ à Cõſtantino Magno tãdem ſuit ſopita.

enim admodũ tulit Cõſtantinus, ꝙ audiſſet quoſdam in Oriente feſtum Paſchæ diem non eodem tempore, quo reliquos omnes Chriſtianos, celebrare. Item lib. 8. cap. 19. refert: Diſſenſio Paſchatis celebrandi ad cõſenſionem reducta eſt. Et cap. 24. ſub finem dicit: Orientales cum Occidentalibus de Paſchate celebrando conueniſſe in Concilio Nicœno: ſimiliter & cap. 25. ſeq. De celebratione Paſchatis communi conſenſu vide eundem Niceph. lib. 12. cap. 32. & 33. Cyrillus quoque affirmat in ſynodo Nicœna cõſtitutum fuiſſe, vt quotannis Archiepiſcopus Alexandrinus (apud quẽ publicè aſtronomiæ ſtudia. eodem tempore florebant,) Pontifici Romano certum æquinoctij diẽ ſignificaret, quò Paſcha Dominica die poſt 14. Lunam primi menſis celebraretur. Apud Aegyptios enim, & præcipuè in ſchola Alexandrina, Aſtronomica ſtudia vigebãt, ob quam cauſſam etiam Plato cum Eudoxo in Aegyptum ſe contulit, & illic per annos tredecim commoratus eſt, vbi partim precariò, partim pecunia ſcientiæ Aſtronomicæ dogmata à ſacerdotibus eorum extorſit, eaque rurſum in vſum Atticæ Reip. contulit. Quare non immeritò eidem Archiepiſcopo Alexandrino demandatum fuit à ſanctis Patribus, vt quotannis ſupputaret quo die cuius menſis Paſcha celebrandum eſſet, ſed

Ratio inueniendi diem Pa.

ve-

verum æquinoctium tunc temporis 21. Martij eueniens, hodie in 10. ferè eiuſdem Martij anticipauit, ſicque alia Paſchatis diei inueniendi ratio pòſt excogitata eſt, & tabella alia, quam Epiſcopus Alexandrinus fecit, eſt cōdita, in qua aureus numerus quærebatur, & ſub hoc littera Dominicalis, è cuius regione ſtatim dies menſis, quo feſtum Paſchatis ſit celebrandum, inueniebatur; ex noto autem Paſchatis feſto ſtatim alia quoque feſta mobilia in notitiam veniebant. Conſtantinus Magnus apud Socratem & Nicephorum etiam conqueritur, Iudæos eodem anno bis Paſcha celebrare, vt ſemper affectu vicioſo trāſuerſi rapiantur potius, quā errorem ſuum corrigant. Item Pius I. Pontifex Paſcha ob reſurrectionem domini noſtri Ieſu Chriſti die Solis celebrandum ſtatuit. Beda etiam inquit, Paſchatis plenitudo æquinoctium vernum nullatenus præire, ſed potius ſubſequi debet, & dominica ſequente Paſcha celebrari. Denique in Canonibus Apoſtol. cap. 7. expreſsè habetur in hunc modum: Si quis Epiſcopus, aut presbyter, aut diaconus, ſanctum Paſchę diem ante veris æquinoctium ſecundum Iudæos egerit, à gradu ſuo deijciatur. Sed hodie (proh dolor) ob anticipationem æquinoctij vernalis certus dies ad celebrandum Paſcha nō obſeruatur, vt ſubinde illud feſtum ad 25. vel

Paſchatis qua olim fuerit, & quæ pòſt excogitata.

Quid cauſæ eſt, quod hodie Paſcha non

celebretur tempore à maioribus noſtris præſcripto.

vel 26. Lunam primi menſis contra mentē ſynodi Nicœnæ,& aliarum ſequentiū excurrat,imò ſubinde integrum mēſem & amplius. Vt interim taceam, quod natiuitas Chriſti ipſa bruma, die totius anni breuiſsimo, celebranda nūc diu poſt brumam celebretur, & eodem modo omnes cæteri feſti dies, vt Natiuitas Ioannis Baptiſtæ die omnium totius anni longiſsimo quoque non celebratur. Vnde magnus error in vitam hominū inductus niſi cohibeatur,in infinitum demū creſcet, et natiuitas Domini poſt aliquot ſæcula in tempus vernale propelletur,& Natalis Ioannis in autumnum, eritq; feſtorum & temporum ordo tandem inuerſus, errore indies augeſcente, qui magna ſocordia & negligentia ſuperiorum ſacerdotum irrepſit,ab illo vetere Sanctorum Patrū inſtituto. Spero tamen aliquādo exoriturum inter tot præclara & inſignia huius temporis ingenia aliquem,qui nobis perpetuum Kalendarium conficiet,ex quo ritè omnia poſsint emendari, vt nō ſolùm Paſcha legitimo ſuo tempore celebretur, ſed & reliqua feſta. In quo cum maxima eius operis expectatione Pontificem noſtrum nunc occupari audio, idque induſtria doctiſsimorum Mathematicorum, preſertim Aloiſij Lilij & Adriani Zeelſtij artificis apud Louanienſes p̄clariſsimi. Faxit Deus vt opus hoc perpetuo nomi-

ne

ne digniſsimum aliquando lucis vſura fruatur, ad quod benè peragendum Eraſmus Reinholdus in tabulis Prutenicis & Alphōſus Rex in ſuis, atque Copernicus quaſi viam ſtrauerunt, cibumq́ue præmanſum noſtris Mathematicis quaſi in os ingeſſerunt, niſi quod bolos longè duriſsimos dentibus adamantinis conterendos nobis adhuc reliquerint. Sola tamen difficultas in eo potiſsimum verſatur, quod dicti ſcriptores in calculatione non omninò cōueniant, ob diuerſum Planetarum motum nō omnibus æquè cognitū, & propter anticipationem æquinoctiorū & Solis in ſigna ingreſsum. Aequinoctia enim nunc anticipant, & Sol citius nunc ſigna quàm priſcorum tempore ingreditur, & cauſſa eſt, quia plus iuſto ſpatio cuilibet anno tribuim⁹: ſed cū annus ſit minor tributo ſpatio minutis ferè 5. vt alij aſſerunt, fit vt duodecim annorum intercapedine ſuperſit vna hora, & 228. annorum ſpatio integer dies. Alij annis 100. alij 134. & alij, 120. qui 8. ſcrupula eſſe volunt, anticipari diem integrum ex defectu eorundem ſcrupulorum, ſiue (vt alij) 12. minutorum, quæ 5. partem vnius horæ faciunt, ad annum ſolarem 365. dierum cum 6. horis, & alij aliter, ſcribunt. Vel potius error hic fit, vt vnus plus diei quadranti deeſſe iudicet, alter minus, propter ἀνωμαλίαν, id eſt,

Diuerſitas temporum anni et eorundem error vnde prouenïat.

 ima-

inæqualem æquinoctiorum præceſsionem, quæ veteribus ante Copernicum non fuit cognita, ne quidem Alphonſinis. Aureus etiam numerus nuc 4. dies anticipat, ſub quo littera Dominicalis quærenda eſt, è cuius regione olim dies menſis, tabella ad hanc rem excogitata, ſtatim inueniebatur, qua feſtum Paſchatis ſit celebrandum; quo noto alia quoque feſta mobilia in notitiam veniebāt, vt prius quoque eſt dictum. Ioannes Regiomontanus vir in Matheſi ſummus, à Sixto IIII. Pontif Max. Romam quoq; ad Kalendarij emendationem fuit accerſitus: ſed ille rebus nondum perfectis defunctus eſt. Similiter & alij à diuerſis Pontificibus, ſed nemo adhuc opus tam neceſſarium perfecit, quanquam multi hoc tentarunt, vt Albertus Pighius, qui de ratione celebrādi Paſcha & reſtitutione eccleſiaſtici Kalendarij ad Leonem X. quoque ſcripſit, vt noſtro tempore Albertus Leoninus Vltraiectenſis, & alij Mathematici ad Gregorium XIII.

CAPVT XVII.

De numero Epiſcoporum, qui in Concilio Nicæno primo congregati fuerunt.

Locus Euſebij examinatur, qui aliter eſt in vita

Poſtremò mirari ſatis nequeo, Euſebium in vita Conſtantini Magni lib. 3. cap. 9. ſcribere, tantùm 250. Epiſcopos & amplius in dicto Concilio Nicœno fuiſſe congregatos, cum

cùm ex eodem in Chronicis & alijs diuerſis ſcriptoribus 318. Epiſcopos in eadem ſynodo fuiſſe conſtet, & hiſtoriæ Socratis Scholaſtici, verba Euſebij prolixè referentes. lib. 1. c. 5. Epiſcoporum multitudinem in illo choro ad num. 300 & amplius conueniſſe dicant, quanquam idem Socrates eodem lib. ca. 9. de 318. Epiſcopis referat. Niceph. itidē lib. 8. c. 14. circiter 318. Epiſcopos conueniſſe affirmat, & c 21. eiuſdem lib. ait: Conuenerūt enim eò 270. ferè prętereà Epiſcopi, certum enim numerum propter tantam multitudinis turbam referre nequeo, neque id adeò magno ſtudio ſum ſcrutatus. Sed hic refert verba Euſtathij Antiocheni, cùm illic ſua verba referat, vt apud eundem videre eſt. Adhæc alij referunt ad Concilium Nicœnū 318. quidē Epiſcopos conueniſſe, ſed 300. conſenſum & dogmatum ſanitatem amplexos eſſe, reliqui enim numer. 17. cum Arrio 18. aduerſus Apoſtolica dogmata pugnarūt, qui Arrij ſententiam prius defendere ſtudebant, ſed ex eorum numero tātum 6. in exilium acti fuerunt, cùm alij actis Concilij ſimulatè ſubſcripſiſſent. Theodoretus etiam li. 1. eccleſiaſti. hiſt. cap. 7. conueniſſe ad Cōcilium Nicœnum 318. Epiſcopos ſcribit. Sozomenus lib. 1. ſuæ hiſtoriæ cap. 17. ait circiter 320. Epiſcopos in eodem Concilio fuiſſe coactos. Sunt qui perhibent 270. tantum Epiſco-

Conſtantinu, & aliter in chronicis eius, aliterque à Socrate hiſtorico recitatur.

Ratio cur certus numerus Epiſcoporum

In concilio Nicæno coactorũ ſciri nequeat. piſcopos conueniſſe: alij 270. ferè: nam certum numerum in tanta multitudine reperiri non potuiſſe fatentur. Zonaras refert ita inter cætera in 3. tomo ſuorum annalium: Congreſsis igitur 318. ſanctis Patribus, inter quos & ſacerdotes nonnulli fuere, & diaconi, atque etiam monachi: quin & Magnus Athanaſius adhuc in claſſe diaconorum conſtitutus illic aderat. Hactenus Zonaras ex tranſlatione VVolfij. Cõmunis tamen omnium ſententia refert 318. Epiſcopos in eadem ſynodo fuiſſe congregatos, vt Optatus lib. 4. contra Donatiſt. Iſidorus de origin. Conciliorum. Photius Patriarcha lib. de 7. Concil. Oecumenic. Gratianus diuerſis in locis ſui decreti. Platina in vita Sylueſtri Papæ, ſub quo Conciliũ hoc fuit celebratũ, & epiſtola eiuſdem Sylueſtri ad eandẽ ſynodũ miſſa, Onuphrius in faſtis, & Iuſtinianus in Cod. tit. de ſumma trinit. præter alios à me ſuprà dictos, & inter recentiores Carolus Sigonius lib. 3. ſuarum hiſtoriarum de Imperio occidentali.

CAPVT XVIII.

Diſquiſitio diligens de tempore Concilij Nicæni, qua plurimorum errores diſcutiuntur & emendantur.

Noua quæſtio de tempore ſyno- Rurſus hic noua difficultas de tempore huius celebris Concilij (conueniunt enim om-

omnes ſub Conſtantino Magno congregatum, ſed quo anno, menſe, ac die fuerit celebratum, adeò eſt inter ſcriptores tã veteres quàm recentes controuerſum, vt nihil certi hac de re definiri poſsit, ita inter eos omnia ſunt plena caliginis & cõfuſionis) oritur & emergit. Nã Niceph. li. 8. eccl. ſuæ hiſt. c. 26. ait hanc ſynodum in menſis Maij 11. diem, indictionẽ 13. (vel ſecundũ alia exemplaria 3.) & Conſulatum Paulini & Iuliani, incidiſſe, qui annus 636. ab Alexandri Macedonis regno fuit, viceſimus verò imperij Conſtantini, ex quo rerum in Britannia potiri cœpit, decimus tertius porrò, ex quo ad Byzantium venit: Synodus verò ipſa Nicœæ annis tribus & paulò longius acta eſt. Hactenus Niceph. vt poſtrema editio habet. Socrates lib. 1. ſuæ hiſt cap. 9 refert 11. Kalend. Iunij, Anno 636. poſt regnum Alexandri regis Macedonum, Paulino & Iuliano Coſſ. hoc Concilium habitum fuiſſe. Euſebius verò lib. 4. in vita Conſtantini cap. 47 dicit ſimpliciter, non addito mũdi vel Domini anno, Nicœnũ conuentum 20. imperij Conſtantini anno actũ fuiſſe, vt encæniorũ celebritatẽ Hieroſolymis 30. eius imperij anno habitam. Quanquã in chronicis congregationẽ eius tribuit anno 15. imperij Conſtantini & anno domini 324. In priori loco videtur finem Concilij ſpectaſſe, cùm dicit 20. imperij anno

di Nicæna.

Locus Euſebij, Socratis, & Nicephori expenditur.

anno;& in poſteriori initium,cum ait 15 .imperij Conſtantini.Cęterum Alexander Magnus anno mundi 3644. obijt, & viceſimus imperij Cōſtantini annus in annum mundi 4291.incidit,à quo aufer dictū num. 3644. reſtāt 647. cùm ſecundum Nicephorum & Socratē 636. eſſe deberent, ſuperſunt igitur 11.anni. Nec etiā ſatis conſtat,quòd dicti ſcriptores Nicephor⁹ & Socrates de annis ab Alexandri imperio habent, quamuis de Coſſ. cum alijs conueniant. Nam 636. annus Alexandri non poteſt ſynodo Nicœnæ aptari, niſi ea foret anno domini 315.coacta, qui annus adſcriptis Coſſ.non conuenit, ſed 317. quamuis indictioni 3. conueniat. Io. Abbas cū Euſebio in vita Conſtantini ait Conciliū Nicœnū anno Conſtantini Magni 20. fuiſſe, ſed ex actis ipſius Concilij & epiſtola Hoſij Cordubenſis Epiſcopi, qui Cōcilio pręerat, conſulatu Paulini & Iuliani celebratum liquet,qui in annū 17.imperij Conſtantini cadit, vt modò eſt dictū. Antonius Contius & Gerardus Mercator aiunt Conciliū hoc anno Dñi 325 actum fuiſſe. Haloander & alij anno 326. Nonnulli referunt initiū eius in annū domini 326.& finem in 329. incidiſſe, ſic vt 17. imperij Conſtantini anno hæc Synodus Paulino & Iuliano Coſſ.celebrari cęperit,& 20. finita ſit , eò quod Nicephorus dicto loco ſcribat,ipſam ſynodum annis tribus

Error in Nicephoro et Socrate de annis Alexandri Magni.

Varia ſententia auctorum de tēpore Cōcilij Nicæni.

bus & paulò longius duraſſe. Alij tradunt initium eius fuiſſe ad annũ domini 327. & alij ad 328. vt quidã in ſupplemento chronic. Carionis li. 3. vbi inter cætera dicit ſynodũ Nicœnam anno 328. Chriſti inchoatã fuiſſe, & anno imperij Conſtantini 19 quẽ refert quoq; ipſo ſynodi tempore 20 annũ imperij ſui celebraſſe, ex quo ſciri poteſt tẽpus, quo hæc ſynodus conuocata eſt. Carolus Sigonius lib. 3. hiſt. de imperio occidentali ait, Cõſtantinũ cõuocaſſe Epiſcopos anno Chriſti 324. vt Nicœæ ad 8. Kalend. Maias proximas cõuenirent, ſed priùs 11. Kalend Iunias 318. Epiſcopi anno 325. conuenerunt. Quidam initium eius referunt ad annũ dñi 330. quidã ad 333. & quidã ad 338. Ioannes Lucidus & Hermannus Contractus hanc ſynodũ anno domini 322. celebratam fuiſſe aſſerunt. Similiter & Lucas Gauricus in Kalẽd. ſuo eccleſiaſtico nouo, in quo etiã refert Cõcilium hoc ſub Syluestro V. eſſe habitũ, & 16. imperij Conſtantini anno, quo nihil falſius eſſe ex chronicis liquet, cũ etiam Syluester V. Papa in rerũ natura nondum fuerit. Carion ſcribit in Chronicis ſuis Conſtantinũ Magnum anno Chriſti 312. Cæſarẽ factũ fuiſſe ex quo colligitur Nicœnũ Concilium anno domini 332. peractum fuiſſe: adde enim eidẽ anno domini viceſimũ annum imperij Conſtantini, quo ſynodus cõpleta fuit, colli-

colliges 332. quem Eraſmus Reinholdus ſummus Mathematicus in ſuis tabulis Prutenicis ſub finé ſequitur. Quanquam Onuphrius Maxentiū Cæſarem Aug. 8. Kalend. Octob. anno Chriſti 312. à Cōſtantino Magno victum fuiſſe ſcribit, idq; anno 7. imperij eius, ipſo II. & Licinio Coſſ. & Cōtius refert initium imperij Cōſtantini anno Domini 307. vel ſecundum Haloandrum 308. fuiſſe, victumq; Maxentiū anno Chriſti 313. vel ſecundū Haloandrū & alios 314. vt ſcriptores noſtri longè inter ſe diſſideant. Pſellus de 7. ſacris ſynodis Græcorū Oecumenicis ait: Prima (loquens de hac noſtra Nicœna) poſt 300. annos ab aſcenſione Domini congregata eſt, vt liquet ex 2. Nicœna in 3. tomo Concilior. à Surio editorum, vbi in margine habetur: fortè legendum eſt anno 337. aut 315. Cur ait Surius fortè 315. legédum, cùm 1. tomo referat Neocæſarienſe Cōcilium poſterius fuiſſe Ancyrano, non tamé longo temporis interuallo, & vtrique interfuit Baſilius Amaleæ Epiſcopus, anno Domini 320. ſub Licino Cæſare martyrio coronatus, teſte Euſebio in chronic. Porrò vtraque dicta ſynodus primam Nicœnā præceſsit, & aliæ quędam ſynodi, partim prouinciales, partim generales, vt idem Surius ſui oblitus eſſe videatur. Sed dicet aliquis, cur hæc Nicœna omnium prima eſſe dicitur, cū tot

Surius ſui oblitus hic taxatur.

Obiectio.

tot Concilia eam præceſſerint? dicitur omnium prima ratione auctoritatis & congregationis. Nam quoad auctoritatem, origo Conciliorum vniuerſalium à temporibus Apoſtolorum proceſsit, ſed nunquam ante tempora Conſtantini Magni conceſſum fuit Epiſcopis totius orbis in vnum locum conuenire, eò quòd Imperatores ante ipſum in omnes Chriſtianos ſæuirent, vnde Canones Conciliorũ generalium à Conſtãtini temporibus numerari prius cœperunt. *Solutio.* Ad rem. Nicephor. lib. 8. cap. vigeſimoſexto, Caſsiodorus lib. 2. tripart. cap. 14. & Sozomenus lib. 1. cap. vltimo ſcribunt, Conſtantinum Magnum Nicœæ peracto Concilio ſtatim vicennalia celebraſſe, quamuis Euſebius in chronic. & idem Caſsiodor. in Catalogo Coſſ. & Imperatorum ea Nicomediæ celebrata fuiſſe referant, vt inde colligi poſſet hanc ſynodum initium habuiſſe 17. Conſtantini anno, vel paulò antè, peractam verò fuiſſe anno 20. eiuſdẽ principatus, vel prope exitum anni 19. qui conuenit anno domini 329. Vel cęptam hanc ſynodum anno 16. vel 15. Conſtantini imperij, præſertim ſi rationem habeamus eius temporis, quo Imperator iſtud Concilium celebrandũ fore indixit, vt ſuprà ex Sigonio & alijs conſtat, eò quòd Euſebius in chronic. congre-

ga-

gationē eius anno 15.imperij Cōſtantini tribuat, et anno dñi 324.ſed æra conuenit anno Dñi 326.ſimiliter & Conſules, vt eadem ſynodus in 15.principatus eius & annū domini prædictū incidere non potuerit. Quod equidem diſcrimen naſci potuit vel ex tēpore, quo ſynodus iſta Nicææ manſit: Vel ex eo, quòd non omnino conueniat inter hiſtoricos de initio imperij Conſtantini. Nā Nicephorus lib. 8.c. vlt. habet Conſtantinū defunctū fuiſſe anno 32. imperij ſui, & anno dñi 342. Hieronym. anno Dñi 340. Ioannes Lucidus verò 339. Socrates li. 1.c. vlt. ſcribit eum mortuū fuiſſe anno 31. ſui principatus: Vel ex varia Coſſ. obſeruatione, in qua chronologi vbiq; variant, vt liquet ex Halicarn. Liuio, Caſsiodoro. Haloādro, Glariano, Cōtio, & alijs recentioribus pręter veteres. Vel deniq; hinc error naſci potuit, quod alij ſcriptores initiū huius ſynodi ſpectarint, & alij finē, cùm eadē annis tribus & paulò longius durauerit, vt ſuprà ex Nicephoro conſtat. Sunt qui referūt hanc ſynodum anno Chriſti 320. indictam, & 17. anno Conſtantini principatus, 20 die Maij, & Arrianam hæreſin eo iam defuncto prius à ſynodo damnatā fuiſſe, ſed quam illud vanū ſit, ex Euſebio & alijs chronologis conſtat. Sunt etiā qui aſſerunt ſub Iulio Papa hanc ſynodū cæptam & peractam eſſe, vt Sozomenus lib. 1.c. 13. Nice-

Ratio cur auctores de tempore ſynodi Nicænæ varient.

Locus Sozomeni, Nicephori.

Nicephor. lib.8 cap.14. Beda de temporib⁹, Gratianus 16.diſt.in cap.Sexta ſynodus, & alij, ſed chronologia manifeſtè hoc redarguitur non enim potuit iſtud Concilium Iulio cõuenire, qui prius poſt Marcum Pontificem ſucceſſorem Sylueſtri electus eſt Papa, & eã dignitatem mortuo iam Conſtantino ſuſcepit. Quare cõnſtanter aſſeuerandum eſt iſtã ſynodum inchoatã & peractam eſſe ſub Syluestro I. qui Vitum & Vincentium Legatos ad eam miſit, quod ratio temporum manifeſtè probat, & Euſebius, Hieronym. Lucidus in chronic. Iſidorus in principio Conciliorũ. Platina in vita Sylueſtri, alijque teſtãtur: niſi dicere velimus, in ſuprà dictis auctorib⁹ typographorum errore Iulium pro Sylueſtro fuiſſe poſitum. Taceo nunc alia adhuc errata. Nam Nicephorus in vltima editione legit indictione 23. cùm circulus indictionũ non excedat 15. ordo enim tunc ad principium redit, vt antè dictum eſt; & 11. die Maij, cùm Socrates loco ſuprà dictó 11. Kalend. Iunij habet, qui eſt 22. dies Maij. Onuphrius in chronic. & ſuis faſtis putat menſe Aprili hãc ſynodum fuiſſe coactam, alij 19. Iunij. Sigonius ſuprà ſcribit 11. Kalend. Iunias Epiſcopos 318. Nicææ fuiſſe, & alij aliter in Iulio, tãta eſt annorum, menſium, & dierum apud Eccleſiaſticos & prophanos ſcriptores incertitudo, quòd veteres per Imperatorum nõn Chriſti annos numerarint, qui quod ſæpius

Bedæ, & Gratiani emendatur.

Nicephori error in numero indictionis.

F mu-

mutarentur planè incertam temporum rationem reddebant. Taceo etiam quòd ad præfationem Nicœni Concilij in operibus Clementis nuper Pariſijs denuò impreſsis, ſic legatur: Beatiſsimo Syluano in vrbe Roma Apoſtolicæ ſedis antiſtite, Conſtantino Auguſto & Licinio Cæſare, conſulatu Paulini & Iuliani virorum clariſſ. ab Alexādro 336. anno, menſe Iulio, 13. Kalend. Iulij, &c. Item ad inſcriptionem 20. capp. Concilij Nicœni proximè ſequentem ita: Concilium Nicœnũ actũ eſſe ſub Conſtant Imper. Paulino & Iuliano Coſſ. fratribus 363. 3. Kalend. Iulij. Quid ineptius? illic enim 336. & 13. Kalend. Iulij habet: hic verò 363. 3. Kalend. Iulij; præter id quod Syluanum pro Sylueſtro ponat, vt apud eũdem videre eſt. Hæc ideo tam latè & prolixè refero, vt inpoſterum diligentius imprimantur libri, & vt ſcriptores ſeriem temporis exactius prius ruminẽt (quod cum omnium pace dictum ſit) quàm ſuas lucubrationes in lucem emittant. Et quanquam in re tam dubia & incerta nihil certi aſſerere velim, vt quo anno Chriſti, quo menſe, quo die, & quibus Coſſ. hoc Concilium Nicœnum fuerit celebratũ, videtur tamen mihi eam temporis rationẽ quæ apud ſcriptores eſt frequentior ſecuto, ſacroſanctam hanc ſynodum I ſub Conſtãtino Magno, Paulino & Iuliano Coſſ. anno Chriſti 325. indictione 13. die 20. Maij, &

Auctor certum tẽpus de Concilio Nicœno deſignat.

11. an-

11. anno Pontificatus Syluestri I. aduerſus Arrij blaſphemias cœptam, & 329. vel circiter abſolutam fuiſſe.

CAPVT XIX.

Coronis eſt huius operis, in qua præſentibus exemplis docet auctor, quanta fuerit maiorum noſtrorum negligentia in conſcribendis eccleſiæ actis, & conſeruandis veterum monumentis, conſiliumque dat de iure Canonico rectè emendando.

Hæc habui, quæ de Formatis litteris emẽdandis et alijs auctorum erratis huc pertinẽtibus in medium adferre potui, à me ideò in lucem emiſſa, ne ſtudioſi iuris Pontificij & rerum Eccleſiaſticarum antiquitatiſq; diutius hoc commodo priuarentur, licet vſus Formatarum hodie in deſuetudinem venerit, atq; vt omnibus conſtaret, quàm multa perperam in iure Canonico necnon eccleſiaſticis hiſtorijs (quæ multò negligẽtius quã prophanæ ſunt ſcriptæ) emendata ſint, vt vix vnus ſit ſcriptor huius rei, quin ſuos errores nimis craſſos habeat. Dolendum ſanè eſt chronicorum eccleſiaſticorum, quæ meliori memoria ſunt digniſsima, tantam perturbationem eſſe, & tam incultè tamque negligenter & ſupino iudicio conſcripta eſſe, vt nec authoritatem nec gra-

Concluſio huius operis cũ quadam corõnide ac exhortatione.

uitatē ſubinde habere videātur. Taceo nūc, tomos Conciliorū partim mutilè partim incorrectè adhuc emiſſos, ex quibus tamen ius Canonicū & præſertim eiuſdem decretū eſt conflatū, vt nihil aliud ſit ius Canonicū, quā abbreuiatio quædā tomorum Conciliorū, quod Gratianus in ſuo decreto & Raymūdus in ſuis decretalibus magis congeſſerunt, quā digeſſerunt, tum quòd nec linguę Latinæ & Græcæ, tum quòd nec hiſtoriarū & aliarū rerum hic neceſſariarū, ob barbarū ſæculum in quod inciderunt, adeò periti fuerint. Quod tamen eo animo à me dictū non eſt, quaſi eos damnē, & fictas eſſe dicā priſcorū Pontificum epiſtolas, eò quòd non ſic purè ac Latinè loquuntur, vt ſcriptores illorū temporum ſunt locuti, quemadmodum plerique noſtrū adhuc hodie facere ſolent, vt cū eleganter loqui poſsint, interdū tamen communi ſermone vtuntur, (alioqui epiſt. D. Petri, D. Pauli, D. Iacobi, & aliorū etiam ob ſimilitudinē ſimplicis characteris eſſent reijciendæ. Quis enim Græcorum ita loquutus eſt, vt D. Paulus ad Corin. ſic: Neq; vt à vobis iudicer, aut ab humano die, vbi diem (ſiue ἡμέραν Græcè) pro iudicio poſuit. At ſermo Pauli non fuit in perſuaſibilibus humanæ ſapientiæ verbis, ſed in oſtenſione ſpirit' & virtutis, vt ipſe ait 1. Cor. 2. qui etiā Tarſenſis fuit Ciliciæ regionis, vbi omnes ſubbarbarè loquebantur Gręcè. Origenes quodam

dam

dam loco ait, Apoſtolos nõ ignoraſſe in quæ impingebant, de quibus nõ curabant, ſic B. Gregor. ſtilum ſuũ incultum & inelegãtem excuſat, & quidã veteres in ſtudio humanitatis alioqui benè docti, ſunt rudi ſermone delectati, vt Hieron. benè dixerit: ſermonẽ purũ aures tantùm ferire, ſimplicẽ autem ad corpenetrare. Lactantius etiã auctor eſt multos ſua ætate fuiſſe, qui Chriſtianam religionẽ propterea deriderent, quòd oratio in ſacris biblijs tam eſſet inculta, cũ Chriſtus noſter ſeruator omnis doctrinæ ac ſapiẽtiæ largitor etiã populariter cum Iudęis eſt locut⁹, vt à quouis intelligi poſsit) ſed vt Theologos noſtros & Canoniſtas ad ius Pontificiũ emendandũ melius excitem, cũ dolendum ſit, & perfectò valdè dolendũ, tam nunc eſſe mutilã & contaminatã veteris eccleſię atq; iuris Canonici memoriã, Eccleſiaſticoſque noſtros exiguã, aut nullam, aut minorẽ ſanè quàm hactenus, huius rei curã gerere, quæ ad taliũ monumentorũ reſtitutionem & cõſeruationẽ omnino eſt neceſſaria. Commodè hoc fiet, ſi ex optimis chirographis exemplaribus vndiq; conquirendis, Theologorũ ſcriptis, hiſtorijs eccleſiaſticis, atq; alijs ſcriptoribus huc pertinentibus, ius Pontificium emendetur, inſcriptioneſq; titulorũ nimis adhuc viciatę cũ textu (ingenio cum iudicio adhibito) maturè corrigantur, rationeſq; emendationũ ac caſtigationũ paucis addãtur.

Conſilium de iure Canonico diligentius emendando.

Nam apertè conſtat ius Canonicum ita eſſe incorrectum, vt in inſcriptionibus alter ſæpe Pontifex pro altero ponatur, & vnus eccleſiæ doctor pro alio citetur, vel erretur in numeris, vt lapſus typographorum in numeris eſt facilis, quorum olim tam craſſa fuerat inſcitia, & præſertim librariorum, vt libros non tam imprimere vel deſcribere, quàm diſcerpere atque maculare viderentur, vt taceam de textu (quod omnium adhuc maximum eſt) nimis mutilo & incorrecto, quemadmodum in cap. Ea quæ, extra de offic. Archidia: cimilia pro cimelia, Græcis κειμήλια, & id genus ſexcenta loca ponuntur. Quod vt verum eſſe plenius cognoſcatur, exempla aliquot ex Decretalibꝰ & Decreto in medium adferre placet. Capitulum, Ex parte, de reſcript. lib. 1. tit. 3. Inſcriptio eſt, Clemens IIII. reſtituendum Clemens III. quod & temporum ratio docet ita eſſe, ac chronicorum lectio. Nam conſtat Gregorium IX. qui decretales in ordinem redegit, Clementē IIII. anteceſsiſſe, & ſic decretalem ſequentis ſe Pōtificis referre non potuit. Item cap. Tua nos, eiuſdem lib. tit. 22. de cleric. peregrin. inſcribitur Alexander IIII. cùm ex chirographis vel chirograptis exemplaribus & 3. tomo Conciliorum Surij conſtet eſſe Alexandrum III. quod etiam ex ipſa ſerie & conſequentia capp. intelligitur. Nam ſequē-

Inſcriptiones duæ in decretalibus reſtituūtur.

tia

tia ſunt Iunocentij III. & Honorij III. Pōtificum, qui Alexandrum IIII. longo temporis ſpatio præceſſerunt, vt ordo & ſeries Pontificum nobis ex chronicis oſtendunt. Alexander enim IIII. fuit Pōtifex 4. ab ipſo Gregorio IX. & Clemens IIII. ab eodē 6. Pōtifex. Et quanquam Onuphrius in ſuis chronicis omnia reſtituiſſe putetur, quæ ad ſeriē Pontificū & eccleſiaſticas hiſtorias pertinēt, habet tamen & ille tum hic tum alibi ſuos adhuc errores craſsiores, (quod pace tanti viri dixerim) licet tot annos in bibliotheca Vaticana Romæ deſudauerit, adeò vt ſui oblitus ſæpe in vno eodemq; Papa ordinē & tēpus confundat, dum in Chronicis aliter de ordine, annis, mēſibus, & diebus, quibusqs Pontificū Romæ p̄ſederit, & aliter in Faſtis, aliterq; in catalogo Pontificū ad opera Platinæ referat, vt nō chronicon conferenti ſed achronicon interdū conſcripſiſſe videatur. Nā præter alia errata nimis craſſa, in eodem catalogo Gregor. IX. facit 185. Pōtificē poſt D. Petrū, Alexandrū IIII. facit 188. & Clementē IIII. refert 190. verū in Faſtis ſuis eūdē Greg. facit 180. à Petro Pōtificē, Alexandrū IIII. à Petro 183. & Clementem IIII. refert 185 poſt Petrū, vt meritò Balduin⁹ in præfatione ad opus Optati Epi Mileuitani, & Gerardus Mercator in ſua chronologia, eundē in multis taxēt, qua ſinō benè 15. annis in Vaticana bibliotheca (vt de ſe gloriatur) *Onuphri⁹ taxatur.*

Romæ deſudauerit. Quanquã quòd feriem Pontificum aliter poſuerit in catalogo et aliter in faſtis ſuis excuſari poteſt, ſi dicamus eum in catalogo poſuiſſe etiam Pontifices per diſſenſionẽ electos, & in Faſtis ſolũ verè electos cõmuni Cardinaliũ conſenſu, ſed neſcio quomodò illud excuſatur, quòd ſcribat hũc vel illũ Papam tot annos, dies, & mẽſes ſediſſe in Apoſtolica ſede in ſuis chronicis, cum aliũ numerum in faſtis habeat, & aliũ in catalogo ad opera Platinæ, vt paulò ante diximus, niſi culpã omnẽ in typographorũ negligentiã quis reijciat. Sed ad rẽ. Fateor tamẽ ipſas decretales meliori ordine à Raymundo cõpilatore factas eſſe, quã ipſum decretũ à Gratiano, cuius etiã dicta ſicut alterius doctoris quotidie reprobantur. In eadẽ ſententia eſt Cardinalis doctiſsimus Hoſius lib. 2. de legitimis iudicijs rerũ eccleſiaſticar. inter alia ſic de Gratiano ſcribẽs: Qui libros eius legit attentius, riuulos eũ potius aliorũ compilatorũ conſectatũ, quàm ex ipſis fontibus hauſiſſe plæraq; reperiet. Alibi etiã ait: Præſtat autẽ hæc ex ipſis fontibus haurire, quã ex Gratiano neſcio quæ mutila producente. Itẽ Pighius Campenſis lib. 4. eccleſi. Hierarchiæ cap. 8. Gratianũ quoq; perſtringens plæraq; ſine iudicio eum compilaſſe in hunc modũ refert. Anaſtaſiũ II. Pontificem ſanctum & orthodoxum infamat Gratianus

Iudiciũ D. Hoſij Car. din. & D. Pighij Cã. penſis de Gratiano.

nus ille decretorũ compilator, vt multa col-
legit & congeſsit ſine iudicio, qui ex neſcio
qua confictа & mendaciſsima hiſtoria geſto
rum Pontific. Roman. hanc de illo fabulam
adſcribit, & ſuæ illi cõpilationi 19.diſt.cap.
Anaſtaſius, his verbis: Anaſtaſius II. natio-
ne Romanus fuit tẽporibus Theodorici re-
gis. Eodem tempore multi clerici ſe à com-
munione ipſius abegerũt, eò quod commu-
nicaſſet ſine cõcilio Epiſcoporũ vel presby-
terorũ & clericorum cunctæ eccleſię catho-
licæ diacono Theſſalonicenſi, nomine Pho
tino, qui cõmunicauerat Acatio, & quia vo-
luit occultè reuocare Acatiũ, & non potuit,
nutu diuino percuſſus eſt. Hactenus Grati-
anus. Quod ea vaniſsima ſunt, primũ vel ex
ſola eiuſdem Anaſtaſij epiſtola ad Impera-
torem Anaſtaſiũ ſcripta, & in Conciliorũ to
mis extante (quę etiam citat Nicolaus I. in
reſponſis ad cõſulta Bulgarorum, ipſumque
Anaſtaſiũ ibidẽ vocat apoſtolicũ Pontificẽ.
vt cap.14.& 15. videre eſt) poſſunt argui. Nã
in ea loquitur Acatiũ dudum mortuum eſ-
ſe, ac iuſtiſsimè ipſum à ſede Apoſtolica dã-
natum fuiſſe, vt ibidem patet: Deinde va-
nitas ex eo emergit, quod cùm Fœlix huius
nominis III. Pontifex Acacio Conſtantino
politano Epiſcopo ſententiam condemnati-
onis, qua dignitas ei abrogata fuit Epiſcopa-
lis, miſiſſet, & ipſe Acacius mente ſenſuq; o-
mni priuatus primus nomen Pontificis à ſa-

Cõfutatio hiſtoriæ aut potius fabulæ de Anaſtaſio II. apud Gratianũ duplex.

cro albo ex emiſſet, paulò pôſt viuente adhuc Felice Romanæ eccleſiæ Papa mortuus eſt, vt ex Nicephoro lib. 16.cap.17.& 19.& Euagrio lib.3.cap.18 & 23.liquet. Baſilius Cilix enim memoriæ prodidit apud eundẽ Niceph. cap. 17. Fœlicem Acacio condemnationis ſententiam, qua dignitas ei abrogaretur, miſiſſe, eamq́; ei in ſanctiore ſacrario à monachis Dij monaſterij redditum eſſe. Et eam ob cauſſam ſectatores eius multos ex eis quos diximꝰ monachis occidiſſe, quoſdã vulneratos reieciſſe, nonnullos verò cuſtodijs incluſiſſe, atq; Acaciũ vſqueadeò condẽnationẽ eam non reſpexiſſe, vt mente ſenſuq́ue omni captus, primus ipſe Papæ nomen è ſacro albo exemerit. Et ille ita & animo & corpore vinctus breui poſt cõmunẽ omnibus ingreſſus eſt viã. Ideoq; Anaſtaſius II. nõ potuit Acaciũ reuocare diu defunctum adhuc viuente Fœlice, poſt quẽ prius fuit Gelaſius Papa, deinde hic Anaſtaſi⁹. Adhęc quis vnquã audiuit Epiſcopũ à clero excõmunicari, vt refert Gratianus, cũ à minori maior excõmunicari nequeat. Sed ad tollendũ hunc errorẽ, ſciendũ Anaſtaſiũ Imperatorem eodẽ tẽpore in viuis exiſtentẽ à Deo fuiſſe percuſſum, eò ꝙ Acacium reuocare voluerat, vt ex Hormiſdæ huius nominis I. Papæ vita apud Platinã conſtat, in qua refert eundem Imperatorẽ fulmine ictũ fuiſſe, tũ propter hæreſim, tũ vel maximè, quia

Error de Anaſtaſio Papa hic tollitur, et factũ Anaſtaſio impe ratori ad ſcribitur.

lega-

legatos ab Hormiſda ſæpius & ab Anaſtaſio II. Pontifice miſſos contra ius gentium magna contumelia affecerat, & quia Acacio hæretico fauebat, adeò vt Anaſtaſius Papa eundem propterea excommunicauerit. Itē Nicephor. lib. 16. cap. vltim. ait; Anaſtaſium Imperatorem fulmine afflatum poſt 88. vitæ annum, vt in margine habetur, licet in textu aliter ſic: Cum animæ ſuæ exitio imperium Romanum 27. annos infæliciter adminiſtraſſet, menſes tres, & totidem dies. Legitur quoque Anaſtaſius Imperator viuens ex ſacro codice expunctus, & Hieroſolymis anathemati ſubiectus, eò quòd ſynodo Chalcedonenſi quidam iudicarunt eum aduerſari, qui etiam Anaſtaſio Papæ ſuperuixit, & poſt obitum Zenonis factus Imperator, vt cap. 24. apud Niceph. li. 16. conſtat. Martinus Polonus in vita Anaſtaſij Imparatoris etiam habet eundem per ictum fulminis ſubitò diuino iudicio interijſſe, quod legatos Hormiſdæ ad ſe ſolemniter miſſos, vt ab hæreſi Arriana recederet, non ſolùm non audire, ſed nec videre voluit. Quanquā idem Platina in eiuſdem Anaſtaſij II. vita idem quod hic Gratianus de eodem Pontifice falsò narrat, cui etiam in omnibus fides non eſt adhibenda, vt legenti opera eius cōſtat, quòd multa ex affectu & odio in Pontifices, ob captiuitatem ſibi à Paulo II. Papa illatam, ſcripſerit. Quare in his quæ

Cur Platinæ per omnia non ſit credendū, nec etiam Gratiano, in ijs quæ ad hiſtoriā ſpectant.

ad

ad fidem hiſtoriæ ſpectant non eſt ita Gratiano credendũ, & prēſertim titulorum inſcriptionibus, ſed alij auctores etiam ſunt legẽdi, quorũ fides apud doctos diu fuit probata. Quod vt verum eſſe plenius intelligatur, vnum adhuc locũ nimis vicioſum hic adſcribã. Inſcriptio quædã extat apud Gratianum 31. cauſſa. q. 2. ca. De neptis tuæ coniugio ſic: Idem Sacratio Regi Aragonũ. Hic duo ſunt errata Nam pro Sacratio legendum & reſtituendum Sanctio, qui anno dñi 1058. vixit, vt ex chronicis regum Aragoniæ conſtat, in quorũ catalogo Sacratius eo nomine dictus non extat. Habet etiã Iuo lib. 6. cap. 109. ſuæ Pannormiæ rectè Sanctio, ſed parte 8. c. 24. ſui decreti malè Satino, niſi ſit mẽdũ typographi: & reſponſio Vrbano huius nominis II. Põtifici adſcribenda, non Hormiſdę I. quingẽtis & eò amplius annis prius mortuo, ſub quo etiam regnũ Aragoniæ diu poſt erectũ nondum extiterat, vt (Idem) non ad proximè præcedentẽ Papam ſit referendum, quẽadmodum ex hiſtorijs liquet, ſed ad Vrbanũ II. inter cuius initiũ & Hormiſdæ anni 574. interceſſerũt, ſecundum Onuphrium in Faſtis & chronicis, et ſecundũ alios aliter. Hormiſda enim Pontifex creatus eſt anno dñi 514. iuxta Onuphriũ, & Vrbanus II. anno dñi 1088. ſed iuxta Chriſtian. Maſſæum & Marianũ Scotũ, Hormiſda anno 515. & Vrbanus 1086. Rurſus Henricus Pantaleon & Mar-

Gratiani alter loc⁹ emendatur.

Martinus Polon⁹ cum Ioan. Funccio aliter habent, vt apud eos videre eſt. Breuiter, qui cum iudicio verſatur in decreto, videbit ipſum Gratianũ multa mutilè edidiſſe ac falsò, quæ ex fontibus, vnde deprompſit, ſunt reſtituenda; itẽ non tam Latina & diſtincta eſſe videbit quæ de ſuo ingenio profert, atq; ea quæ ab alijs accepit, vt conferens meridiano ſole clarius videbit. Quare præſens Pontifex Gregorius XIII. longiſsima vita digniſsimus rectè facit, quod nunc feriò de emendando Gratiano omnium quos illa ætas tulit diligentiſsimo cogitat, vt viros doctiſsimos ex omnibus orbis noſtri angulis propterea Romã euocet, quorum opera ipſum Gratianum tot erroribus maculatũ repurgare nõ ceſſat, qui nobis vno Decreti volumine ex diuerſis ſynodis & eccleſiæ doctoribus non vulgari diligentia vt illud ſeculum tulit concinnato, omnem eccleſiaſticæ diſciplinæ antiquæ & ſynceræ theſaurũ conſeruauit, ſed temporũ iniuria (vt modò diximus) valdè deprauatum, quem tamen labore atque ſtudio eruditiſsimorum hominum, qui in Italia præſertim tot antiquis bibliothecis inſtructa plurimi ſunt, corrigi & emendari poſſe confido, longeque melius ſi omnia Concilia extarẽt, quorũ plurima nũc vel tota deſiderantur, vel imperfecta & incorrecta cum maximo ſuperiorum eccleſiaſticorum pudore atque negligentia extant. Laus Gregorij xiij Pontificis.

Quod

Quod ſi Sãctitas ſua hoc opus tam benè (vt audio) incœptũ abſoluerit, immortalem ex re præclariſsima. & vtiliſsima ab optimis quibuſque gratiã referet, & à Dño noſtro Ieſu Chriſto, cui Vicariã operã in terris impẽdit, æterna præmia conſequetur. Sed tamẽ quod pace caſtigatorũ Gratiani dictũ ſit, præſtat prius (meo iudicio quamuis exiguo) tomos Conciliorũ ex bibliothecis omnibus antiquis & chirographis exemplaribus vndiq; conquirendis ſupplere, quã emẽdationi ipſius Decreti extrema manus imponatur, eò quòd multa Concilia (vt modò diximus) non extant, vel mutila & imperfecta extãt, quæ adhuc ſitu obducta in vetuſtioribus, procul dubio monaſterijs & alijs locis, ni hominũ peruerſitate multa ſint combuſta, latent, ex quibus tanquam fontibus Gratianus ſuũ decretum compilauit, quod nihil aliud eſt, quã epitome tomorũ Conciliorum, vt ſuprà diximus. Vtinam adhuc alter Petrus Crabbe Minorita, & alter Laurentius Surius Carthuſianus, optimè de eccleſia omnibusq; eccleſiaſticis dũ viuerent promeriti, quod nobis plurima Concilia hactenus deſiderata, licet non omnia & nõ benè correcta, magnis laboribus & ſumma induſtria vndique conquiſita tanquã poſtliminio reſtituerint, prodiret, qui nobis tomos Conciliorũ integros & benè caſtigatos ad hęreſim extirpandã hoc tempore plurimùm quoq; vali-

valituros,(cùm nihil aliud ſit noua hæreſis, quàm reſuſcitatio veteris à diuerſis Concilijs ſæpius damnatæ) tandē daret, vt doctiſſimus vir D. Anton. Auguſtin. olim quidem Ilerdenſis apud Hiſpanos Epiſcopus, nunc verò Tarraconenſis Archiepiſcopus, quem multis manuſcriptis exemplaribus tā Græcis quam Latinis nondum in lucem emiſsis ad hoc opus perficiendum inſtructum eſſe audio. Non vnius tamen adhuc hominis eſt, ſed plurium auxiliares manus requiruntur, hæc omnia poſſe benè perficere, atque omnibus numeris abſoluere præſertim ſi Gręca Concilia tunc temporis Græcè habita tomorum Concilijs adijciantur, eaq; melius quàm hactenus videre licuit Latinè transferantur, atq; vulgares tranſlationes antiquæ paginas tantum implentes, tanquam ſuperuacaneæ in noua editione omittantur, & ex diuerſorum exemplorum collationibus errata ſæpius commiſſa diligentius inueſtigentur, maturoque iudicio emendentur.

Laus Antonij Auguſtini archiepiſcopi Tarraconēſis.

Quod nobis concedat omnium largitor
deus, cuius nomen benedictum
in ſæcula ſæculorum,
Amen.

FINIS.

VA11532143

Digitized by Google

Digitized by Google

180
B
16

by Google